tū casus et sic ppō est vera. quia est sensus q
intellect⁹ agens est actu ens substantia. i. p sua

substantiā. i. naturā. Alio mō accipit substantia
vt ē nomiatiui casus. r sic pōt iterū exponi du
pliciter. Vno⁹ fm q substantia significat rem
p se sustentē. r sic intellect⁹ agens nō est sub
stantia Alio mō accipit put substantia signifi
cat qcumqz essentia siue naturā cuiuscūqz p di
camentū. r sic etiā qlitas pōt dici suba. **Prīa** tū
expositio fm quā suba ē ablati casus ē melior

Arguit Si in aia eēt simul intellect⁹ agēs r
intellectus possibilis. seqretur q aia esset sil in
actu r in poña qd est impossibile. quia p intel
lectū agentē esset in actu. r p intellectū possibi
lē eēt in poña. **Ddm** q idē nō pōt simul esse in
actu r in poña fm idē r respectu eiusdē r hō ideo
qz cū poña excludat actū et econtra p tradictio
na verificarent de eodē Per hō ergo ddm ē q qz
uis aia rōnalis sit simul in actu et in poña rege
ctu eiusdē. quia respectu speciei intelligibil^r cū
intellect⁹ agens faciat et intellect⁹ possibil^r reci
piat spēs intelligibiles. tū hoc nō est fm idē
qz hō ptingit fm diuersas poñas que sūt in aia
qz aia p intellectū agentē ē i actu r p intellectū
possibile est in poña. **Sile** pōt esse in hoīe cui⁹
vna manus est alba et alia nigra. qz tunc vnus
hō in ordine ad idē scz ad albedinē est in actu
fm vnā manū r est in poña fm aliā manū.

Ar. Ab vno indivisibili nō fiunt diuerse po
tentie qz vna sit in actu et alia in poña. sed aia
est cēntia indivisibilis. ergo ab ea nō pōt fluere
diuerse poñe quaz vna est in actu in alia in po
tentia. **Ddm** q essentia aie rōnalis nō est sim
pliciter indivisibilis et cū hoc in actu pfecto hz
cū pfectione quā hz etiam sibi iungit aliqua
impfectione. Est etiā aia rōnalis immaterialis et
ex ea pte hz pfectionē et sic sibi puenit pfectio in
tellectus agentis. sed ex ea pte q est poñalis et
creata in orizonte formaz. i. in iunctione for
maz supioz imaterialiū et inferioz materiali
um Sicut etiā orizon iungit supius emisipiū
ad inferius emisipiū. ita anima rōnalis habet
aliquid de supioribus formis scz imaterialita
tē et hz aliquid de inferiorib⁹. quia etiā comun
git materie sicut alie forme materiales. r ex illo
contingit q anima nostra nō est p pte intelle
ctualis sed rōnalis. **Item** anima dicit creatā i
vmbra intelligentie. i. in defectu luminis intel
ligentie. Ex omnib⁹ ergo his sibi conuenit qz
ea fluat itellect⁹ possibilis. qz sic hz in te aliqd
potentialitatis.

Queritur. Utrum intellectus agens sit idē
in omnibus. **Dicendum** q non Lūius ra
tio est quia intellectus agens est potentia ipse

aię sicut dictū est et p̄ p̄ns ē accūs. sed accidēs multiplicat ad multiplicatiōē sui subiecti. et ergo etiā intellectus agens multiplicat ad multiplicatiōē aiarum. sed in diuersis hoibus est alia et alia anima rōnalis. ergo etiam alius et alius intellectus agens.

Ar. Intellectus facit vlt̄ qđ ē vnū. ḡo intellectus est magis vn̄. qz propter qđ vnūqđqz tale. et illud magis. **Adm** qđ vlt̄ nō fit vnū ab intellectu subiectiue qz sc̄z subiectē in intellectu qz si sic tūc haberet vnitatē numeralē ab intellectu. sed vlt̄ est vnū ab intellectu obiectiue. quia obiectū intellectui sicut cognitum ab ip̄o. Jam manifestū ē qđ in diuersis intellectibus etiā numero vel specie differētibz p̄t obiecti idē obiectū. et iō vlt̄ manet vnū nō obstāte qđ a diuersis intellectibz intelligat. sic color manet vn̄ nō obstāte qđ a multis videat. Et ergo si esset vn̄ sp̄s intelligibilis i oibus tūc bene sequeret qđ esset vnus intellectus in omnibus.

Arguit. Ubicunqz est vna opatio ibi ē vna potentia. sed omnes hoies h̄nt vnā opationē circa assensum principior. ergo habent vnū intellectū. **Adm** qđ est triplex vnitās sc̄z generica. specifica. et naturalis. **Adm** est ḡo vbi cunqz est vna opatio numero ibi est vnū operans numero. qz opatio cū sit accidens habet suū numerū a subiecto sc̄z ex operante. s̄z vnitās specifica non arguit vnitatem numeralē ip̄ius opantis. et illo modo plures homies habent vnā opationem circa assensum principior.

Querit. Utz iste potentie inueniāt in substantijs separatis. **Adm** qđ nō et hoc p̄pter duplicē rōnē. Quaz prima ē. qz nos sum̄ qñqz intelligentes in actu et qñqz in potentia. ergo oportet ponere potentia actiua que ducat illā potentia passiuā ad actū. substantie autē separate sunt a principio intelligentes et non sunt intelligentes in potentia cum sint create s̄l̄ cum speciebus intelligibilibus. Secda rō stat i hoc qz intelligibilia a nobis naturaliter sunt tñ intelligibilia in potentia. qz sunt materialia. qđ oportet eē vnū intellectū qđ faciat talia intelligibilia actu intelligibilia abstrahēdo sp̄s a fantasmatibz. s̄z intelligibilia naturalit̄ a substantijs separatis sunt imaterialia et p̄ p̄ns sunt actu intelligibilia. et sic nō ē necesse ponere i eis aliquid intellectū qđ faciat talia intelligibilia i actu.

Ar. Ubicunqz ē aliqd potens recipere. ibi ē aliquid potēs facere. sed in substantijs separatis ē aliqd potēs recipere. qđ ibi erit aliqd potens facere sp̄s. **Adm** qđ i substantijs separatis nō ē poña naturalis ad oia fieri. qz talis poña nō ducit ad actū p̄ agēs naturale. s̄z p̄ agēs sup̄natura

le qđ ē de qđ infundit intellectui sbaz separatay sp̄s intelligibiles. Et s̄l̄ ē v̄dm de intellectu possibili q̄nt̄ ad imaterialia i nobis. qz intellectus possibilis nō est in potentia naturali ad recipiendum immateriale in se sed solum in potentia obedientiali. et ideo non potest intellectus agens talia facere in actu. Unde pater qđ in substantijs separatis eaz intellectus non debz p̄prie dici possibilis nec agens. quia ibi intellectus nō facit species. ergo non est agens. nec etiam intellectus est in potentia ad recipiēdū species. quia in principio habet illas. et p̄ consequens non est possibilis.

Arguitur contra Intellectus agentis ē illuminare. sed in substantijs separatis est illuminatio. ergo in eis est etiam intellectus agens.

Dicendum qđ intellectus agentis est illuminare fantasmata. hoc autē non conuenit substantijs separatis cum ibi non sint fantasmata q̄nis vnus angelus posset alium illuminare et facere cognitionem in eo.

Queritur. Utz necesse sit ponere in anima rōnali intellectum agentem supposita opinione Platonis. **Dicendū** est qđ non. Cuius rō est quia intellectus agens ponitur ad hoc qđ faciat potentia intelligibilia actu intelligibilia. res enī s̄m veritatem sunt a parte rei cum conditionibus indiuiduantibus. sed ad hoc vt intellectus intelligat res oportet qđ a talibus conditionibus res absoluantur. si ergo vniuersalia subsisterent a parte rei iam vniuersalia eēnt actu absoluta ab istis conditionibus. et sic statim intellectus possibilis possit illas res intelligere.

Idem autē et s̄m

Postq̄z Aristo. posuit conditiones intellectus agentis. sequēter ponit conditiones intellectus i actu. Et hoc iō ne videret esse idē intellectus i actu et intellectus agēs. Et ponit tres conditiones intellectus i actu. Quaz pria ē qđ scia rei scite ē eadē cū intellectu i actu sc̄z sic accūs et subiectū. Secūda cōditio ē qđ intellectus i poña i vno et eodē prior ē intellectu i actu. s̄z vlt̄ et i diuersis intellectus i actu ē prior intellectu in poña. Tercia cōditio qđ intellectus in actu cōsistit in ip̄o intelligere sic sc̄z qđ nō qñqz intelligit et qñqz nō intelligit sed semper intelligit. Rō extra textum prime conditionis est. qz scia solū habet de rebus qñ species intelligibiles sunt actu in intellectu que sp̄s p̄t̄ intelligi p̄ terminū scientiarum positū in prima conditione. cū ex lumine et ip̄is speciebus resultat scia sicut dictū est. cum ergo tales species intelligibiles sunt in intellectu sicut accūs in subiecto manifestū ē qđ sp̄s sunt

eidem subiecto cum scia rei scite. Rō scde pro
prietatis ē qz in vno et eodē sp sit pcessus ab i
perfecto ad pfectū a poña ad actū. ergo oportet
q in eodem poña pcedat actū. et cū nihil pce/
dat de poña ad actū nisi p aliqd qd est in actu
sic p̄supponitur in alio aliqd in actu quo illud
ducat in actū qd prius fuit in potentia. Exem
pli grā. discipulus ē prius in potētia ad sciam
qz sit in actu tñ añ poñam que ē in discipulo p̄
supponit actu scia in magistro. Rō terciē con
ditōis ē qz intellectus in actu d: fm q ē in ipō
intelligere siue in actu intelligendi z sic manife
stū est q sp intelligit. qz omne qd ē qñ ē necesse
est esse. Est tamen considerandum q iste con/
ditōnes vel possunt intelligi de actū fm q est
intellectus in actu primo scilicet in habitu. et
tunc est difficultas de terciā conditione. s; di
cendū est tūc q intelligere capis hic etiā habi
tualiter put significat habere spēm intelligibi
bilem. et non accipit actualiter put est vti spe
cie intelligibili. Alio p̄nt iste conditiones in
telligi capiēdo intellectū in actu secundo. et
sic apparet difficultas in prima conditione.
Potest tñ faciliter intelligi prima cōditio. qā
intellectus in actu. i. ipm intelligere est etiam
idem cū intellectu sicut accis cū subiecto.

Circa istud qñt q̄t modis posset accipi itel/
lectus. Ddm q trib⁹ modis. Uno^o accipit vt
est possibilis. z sic ē in potētia ad spēs intelli
biles sicut intellectus pueri primo nati q non
dñ hz vsum rōnis. z intellectus isto modo ac/
ceptus vocat sp in poña. Alio^o accipit intel
lectus fm q iam hz spēm intelligibile. z tñ non
vtrū ea sicut est intellectus phi dormientis. Et
iste intellectus p̄t dici sil in actu z in poña. est
enī in actu. qz hz spēm intelligibile. z ē in po
tentia ad vsum z ad actum scdm. Et iste intel
lectus vocatur intellectus in habitu. Tercio^o
accipit intellectus fm qd vtrū specie intelli
bili vel scia z sic vocat intellect⁹ i actu simpli
citer. dictū ē ergo q iste cōditiones p̄nt intelli
gi tā capiēdo itellectū i actu p^o qz in actu scdo

Af. Si intellect⁹ esset possibilis q ē in po
tentia ad recipiendū spēs intelligibiles. tūc se
queret q nullus adultus esset in potentia ad
spēs intelligibiles. et p̄ nō haberet intel
lectū possibilē. Ddm q q̄nis adulti hñt a
liquas spēs intelligibiles tñ carēt adhuc mul
tis alijs. Et sic tenent intellectum possibilem
q̄tum ad illas species quas non habent.

Separatus autem

Postqz Aresto. poiuit cōditiones intellect⁹ a/
gentis z intellect⁹ i actu. hic p̄nter ponit cōdi
tiones totius partis intellectiue. z sunt tres.
Prima ē q intellect⁹. i. aia intellectiua ē sepa
tus. qz scz nō hz poñas vtentes organis corpo
reis. Scda ē q intellect⁹ ē id qd vere ē. i. p̄t p̄
se subsistere q̄si fm se hñs esse etiā sine corpore
Tercia cōditio ē q aia ē p̄petua a p̄te post z in
corruptibilis. Et illa terciā cōditio p̄t sequi ex
prima vel ex scda. Dictū ē enī in p̄hemio hui⁹
libri q si aia habeat aliquā opatōem absqz cor
pore. tūc etiā erit sepabilis a corpore. qz q̄ dicit
prima conditio q aia hz opatōne absqz corpe
sic sequit terciā cōditio scz q aia ē incorrupti
bilis. Uel p̄t terciā cōditio sequi ex scda. z hoc
isto modo. qz vere esse p̄t dupli⁹ exponi. Uno^o
put significat esse fm se z sine adiuncto. Alio^o
put vere esse significat esse semp. z tūc erit icor
ruptibilis. q̄ aut iste text⁹ nō posset intelligi d
intellectu capto p poña p̄t sic oñdi. qz tūc scda
cōditio nullo modo conueniret intellectui nul
lo enī modo verē ē q intellectus potentia sit id
qd vere est. i. est id qd subsistit p se. ergo capis
hic intellectus pro anima intellectiua.

Af. cōtra primā pprietatē Act⁹ nō p̄t sepa
ri a ppria poña. s; aia ē act⁹ pprius corpis. g
nō p̄t separari a corpore. Ddm q pprius actus
nō sep̄at a ppria potētia siue materia q̄ diu ta
lis potētia manet ppria materia illius actus
si aut nō maneat proporcio materie fm q con
gruit forme tūc aia sepatur. Unde p̄z q aia rō
nalis nō sepatur a corpore bene disposito. qz tale
corp⁹ est propria materia aie rōnalis.

Querit. Utrū aia posset esse p se subsistens
Ddm q sic. Lūi⁹ rō ē qz quicqd p̄t p se age
re hoc p̄t p se subsistere. Sed aia rōnalis p̄t a
gere sine corpore. q̄ p̄t p se subsistere. Maior p̄z
qz agere nō p̄t esse digni⁹ q̄ esse. g si aliqd p̄t
agere sine corpore mltomag⁹ p̄t ee sine corpore. m
nor p̄z qz obiectū ei⁹ excedit materiā corpales
cū sit vltē qd ē sepatum a cōditōib⁹ materialī
b⁹. Lū g⁹ q̄libet poña agat fm p̄ditōne obiecti
si obiectū excedit materiā corpale etiā ōz potē
tiā materiā corpale excedere. Si enī aia eet cō
posita ex aliq̄ re corpali tūc nō posset oia cor
pora lia intelligere sic prius dictū ē. Scdo p̄
bat. intellect⁹ intelligit substātiās sepatas. g
extēdit vltra corp⁹. z sic sua opatio nō fit p cor
pus. Itē terciō. Corpore idisposito itellect⁹ quqz
pfectus intelligit z iudicat. g nō dependet itel
lect⁹ i sua opatōe a corpore. sic g⁹ cū opatō ei⁹ sit
sine corpore. g⁹ etiā essentia ei⁹ erit sine corpore

Arguit Hoc non est per se subsistens quod non est hoc aliquid, sed anima non est hoc aliquid, ergo non est per se subsistens. **Ad** hoc quod hoc aliquid accipitur dupliciter. Uno modo per quocumque subsistere, sive tale subsistens sit naturaliter ipsi alteri sine se, et tunc anima rationalis est etiam per se subsistens. Alio modo accipitur hoc aliquid per subsistente completo quod est completa substantia, et sic anima rationalis non est hoc aliquid, quia naturaliter est pars hominis, sufficit ergo ad compositionem in qua anima sit aliquid per se subsistens quousque incompletum in sua essentia. Et ideo anima spiritus habet renisum ad corpus quousque sit separata. Et addunt aliqui quod anima per tale renisum indiuiduet postquam separata est a corpore quod tamen dici non potest, cum relatio non sit principium indiuiduationis, sed potest sic intelligi quod per renisum ad corpus anima indiuiduet quod anima indiuiduet per indiuiduationem quam prius recepit existens in corpore quam separata retinet et hoc est verum. Sicut enim corpora tripliciter se habent ad figuratorem ita habent se forme tripliciter ad indiuiduationem. Sunt enim aliqua corpora que recipiunt figuratorem per propria quantitate sicut corpora solida siue dura ut lapis vel lignum, alia corpora recipiunt figuratorem ab alijs sicut liquida. Quorum est ista differentia, quod in aliquibus corruptio figurante manet figura prius accepta, sicut contingit in cera liquida que figurat ad figuram vasis, sed fracto vase remanet figura. Alia sunt liquida que non tenent figuram figurante corrupto, sicut vinum vel aqua non congelata. Sic tripliciter se habent forme ad indiuiduationem, quedam enim forme indiuiduantur seipsas, id est per se subsistentia, sic substantie separate. Alie autem forme materiales indiuiduant per hoc quod sunt in alio scilicet in materia. Que tamen habent istam differentiam, quod anima rationalis indiuiduat a materia et tenet eandem indiuiduationem separata a materia immo materia corrupta. Alie autem forme naturales non manent indiuidue corrupta materia.

Ad ista. Anima non potest operari absque corpore, quod non potest separari a corpore. Antis probatur quod anima non potest per se irasci, igitur non potest per se operari, quod qui dicit animam irasci dicit eam terere vel edificare primo huius.

Ad hoc quod duplices sunt operationes anime. Que dam sunt que conueniunt anime secundum quod est sensitiva, sicut sunt sentire irasci et confidere. Et sic verum est quod anima non potest habere illas operationes sine corpore, et hoc est quod dicit Aristoteles. Qui dicit animam irasci dicit eam terere vel edificare, quod sicut irasci non fit nisi per organa corporalia sic nec terere nec edificare. Alie sunt operationes anime que conueniunt anime secundum quod intellectiva tamen, sicut sunt intelligere et velle, et istas operationes habet anima separata a corpore.

Arguit Anima non intelligit absque fantasmatibus, ergo non potest separari a corpore. Antis probatur, quia necesse est quicumque intelligentem fantasmata speculari. **Ad** hoc quod anima accipitur dupliciter. Uno modo per statum coniunctionis ad corpus, et sic non potest absque fantasmate intelligere. Alio modo accipitur anima secundum quod est separata a corpore et sic potest intelligere absque fantasmate. Cuius ratio est quod anima ante separationem per separationem habet unam essentiam, ideo habet unam operationem, quod operatio sequitur essentiam, sed quia habet alium modum essendi in corpore et extra corpus, ideo etiam habet alium modum operandi, quod sicut essentia et operatio correspondent, ita modus essendi et modus operandi correspondent.

Querit Utrum anima rationalis sit incorruptibilis. **Ad** hoc sic. Et ratio est quia omne quod corrumpitur vel corrumpitur per se vel ad corruptionem alterius, sed anima rationalis nullo istorum modorum corrumpi potest, ergo est incorruptibilis. Minor probatur quod forma per se subsistens non potest per aliud corrumpi, quod non dependet ab alio, et ergo ab alio corrumpi proprium est illis formis quare esse naturaliter ab alio dependet. Nec etiam potest anima per se corrumpi, quod quicquid conuenit alicui per se hoc est inseparabile ab eo, sed esse conuenit anime et omni forme per se cum sit actus, ergo esse est inseparabile a forma, quod si esse separaretur a forma tunc forma non erit forma, sed corruptio accidit ex hoc quod esse separatur ab aliquo quod est impossibile separari a forma subsistente per se nisi per annihilationem. Et si anima sit composita ex materia et forma, sicut quidam dicunt quousque false, adhuc anima erit incorruptibilis, quod illa susceptio forme est sine contrarietate in materia, et ideo non est principium corruptionis talis forme. Secundo quod unum quodque appetit esse secundum quod cognoscit appetitu naturali, sed intellectus et anima intellectus naturaliter cognoscunt esse sub omni differentia temporis cum eius obiectum sit velle quod abstrahit ab hic et nunc et sic habens intellectum appetit appetitu naturali semper esse, sed ille appetitus non est frustratus igitur necesse est animam esse incorruptibilem quasi permanentem per omne tempus.

Ad ista. Dominum et iumentorum idem est interitum ut dicit Salomon, ergo sequitur quod anima sit corruptibilis. **Ad** hoc quod Salomon loquitur in illo libro bello sicut cōtionator, id est aliquis loquens multitudini, quod ergo in multitudine sunt multi facti et multi sapientes, sic quousque loquitur in forma sapientium, et quousque in forma insipientium. Dicitur igitur ista propositio secundum formam insipientium hominum sensualem quod credunt eundem esse interitum omnium viuentium.

Arguit Quoz est idem principium illoz est idem finis. sed iumeta ⁊ hoies eode modo generant. g. ena eode modo corrupunt. Dōz q. minor e falsa. q. non e eade generatio iumeto ⁊ hoim. q. generatio homis fit pfectiue a deo increante homini aiā rationale. sed in iumentis generatio forme fit completiue ab age te naturali. q. virtus formatiua iumeti pte effe ctue introducere aiā ipius iumeti in materi am cū talis forma sit tota materialis. sed aiā rōnalis e forma immaterialis ideo nō inducit per agens pure naturale qle e semē hūanū qre nō est eade generatio hoim ⁊ iumeto.

Arguit Omne qd e ex nihilo e vertibile in nihil. sed aiā rōnalis est ex nihilo. g. rē. Di cenduz q aliud e dicere de corruptibilitate et annihilabilitate. q. ois creatura e annihilabi lis p potentiā actiūā cōseruantis. q. sicut deus per suā potentiā creauit res libere ita eas dē li bere cōseruat. Cū si de⁹ suā cōseruatōem abstra hēt a reb⁹ tūc res tenderent in nihilū. ex hoc tū nō sequit q aiā sit corruptibilis. q. corru ptibilitas significat aptitudinē vel potētiā in re corruptibili ad nō esse quā aptitudinē mani festum est aiā rōnalem non habere.

Arguit Aia est accēs. g. e corruptibilis ad corruptionē subiecti. Anīs pbat q. quicqd ad uenit alicui post suū esse ppletū est accēs eius sed aiā aduenit corpi qd corpi e cōpletū p for mā substātiālē embrionis. Dōm q. duplicat aliqd aduenit enti cōpleto. Uno sic q. esse il lius qd aduenit nō cōicat substātiālē ei cui aduenit ⁊ sic accēs aduenit suo subiecto. Alio modo aliqd aduenit enti cōpleto sic tū q. eius esse cōicat substātiālē illi cui aduenit. ⁊ sic aiā aduenit corpi. Et qd dicitū e q. corpi hz pmo formā substātiālem embrionis. Dōm q. illa forma nō manet adueniēte aiā vt dicitū est i se cundo huius.

Nō reminiscimur

Quia Aresto. dixit q. intellect⁹. i. aiā intelle ctua est id quod vere est. i. est incorruptibilis. sic remouet vnū dubiū scz an aiā sepata a cor pore habeat suas opatōes sic in corpe. Et vult q. duplices sunt opatōes aiē. Quedā sūt opa tiones aiē q. exercet aiā p organū corpale. sic sunt videre. audire et sic de alijs. ⁊ tales opatio nes nō hz aiā sepata a corpe. q. deficit instru mētū quo fieret opatio talis. ⁊ hoc e qd dicit Aresto. q. nō reminiscimur p mortē. ⁊ et hoc posset argui p locū a maiori. Quia si illud qd magis videt inesse nō inest. nec illud qd min⁹

videt inesse inest. Sed supmus sensus. i. vir tus cogitativa nō pte hēre suū actū post sepatio nē aiē a corpe. g. nec aliq. virtus inferior. Alie sunt opationes q. sūt ab aiā absq. organo cor porali. sic sunt intelligere ⁊ velle. ⁊ tales opatō nes hz aiā p. sepatoem a corpe. ⁊ hoc e qd dē Aresto. q. intellect⁹ q. sepatur a corpe e impassi bilis ⁊ sine organo corpali. sed intellect⁹ passi uis. i. virt⁹ cogitativa q. pte pati ad corruptō nem corpis est corruptibilis cum corpe.

Arguit Intellect⁹ nullo e corruptibil. g. male dē in textu q. sit corruptibilis. Dōm q. intellect⁹ capis duplicis. Uno p potētiā intel lectiua q. e in aiā rōnali sūm q. hmoi. ⁊ sic intel lect⁹ e simplr incorruptibilis. Alio accipit intel lect⁹ sūm similitudinē put extendit ad virtutē co gitatiuā quā vocat Aresto. intellectū nō sim plicit s. intellectū passiū. ⁊ sic intellect⁹ e cor ruptibilis. pte at virt⁹ cogitativa vocari intelle ctus ex duob⁹. Primo ex eo q. cognoscit sic in tellectus. Secdo q. ei⁹ cognitio e sūm redūdā tiā intellectus. sic p. remiscētia q. sit cū qdaz p. iculari rōinatione qd nō sit nisi cū redūdā tiā intellectus cui⁹ p. p. in est rōinari.

Ar. Homo reminiscit p mortē. Anīs pbat in textu euāgelij de dimitte epulone q. habuit co gnitionē suoz fratru q. petes abrahā vt dimit teret lazariū remiscere ipis de statu. igitur rē

Dōm q. illa cognitio quā habuit diues e pulo nō fuit p aliquā cognitōem sensitīuā sed per cognitōem intellectiūā. q. spēs intelligibi lis q. fuit in intellectu suo retinuit illā habitū dinē ad singularia quā prius habuit cū diues ille affectatus fuit ad suos fratres. sic p spēm i telligibilem potuit intelligere suos fratres pl⁹ quā alios homines.

Ar. Circa hoc. vtz aiā sepata possit cogno scere singularia. Dōm q. sic. Pro quo scien dū q. duplices sunt spēs qb⁹ vtif aiā sepata. Quedā sūt spēs itelligibiles infuse a deo qd iō cōgruit q. oz aiā cognoscere ea ad q. deputat sūm meritū vel demeritū qd nō pte semp fieri p spēs hic acquisitas. per istas ergo spēs infusas nō solū aiā cognoscit vlc sed etiā p. iculare nō tū oia p. icularia sed solū illa ad q. ordinaf ta lis aiā. qre aut p istas spēs cognoscunt singu laria. ideo est. q. iste spēs itelligibiles sunt si militudines ydeaz existentiū in intellectu di uino. sed ille ydee. sicut sunt cause faciendi res sūm formā et materiā. sic etiā sunt principium cognoscendi res sūm formā. i. spēm et sūm mate riā. i. indiuiduū. ⁊ sic pnt singularia cognosci p tales spēs. Sile e de ydea cōcepta in mente ar tificis q. sūm se repntat rē artificialē in gene

De Anima

rali et sua voluntate determinat ydeā ad particulare artificiatū. Ita volūtas diuina determinat spēm intelligibile infusā ad aliq̄ singularia s̄m modū status illi⁹ cui talis spēs infusa est. Alie sunt spēs acquisite i hac vita. et tūc est dicēdū q̄ p tales spēs aīa cognoscit directe vlc. qz talis spēs ē imago rei vlis siue q̄ditat⁹ rei materialis sic dictū est. Possunt tñ anime i telligere p̄icularia p tales spēs illa scz p̄icularia q̄ p tales species. siue imagines demonstratur. Et hoc contingit quattuor modis. Uno per p̄cedentē cognitionē qz ille spēs retinent ordinē quē prius habuerūt ad singularia. si ḡ talē spēm quōqz applicat ad fantasmatā aliquo rñ singulariū tūc etiā p̄t illa singularia itelligere ad que singularia prius in vita exis appli cauit spēm intelligibilem. Secūdo contingit per aliquam affectionem. quia per affectionem spēs intelligibilis aliq̄liter coniungit infero ribus viribus. et ideo hz tunc habitudines ad singularia que cognoscunt p vires inferiores. Tercio cōtingit ex naturali habitudine. quia spēs intelligibilis habet naturalē habitudinē ad hoc fantasma a quo spēs intelligibilis ē abstracta. et ideo p speciem intelligibile p̄t hoc singulare naturaliter representari. Quarto modo cōtingit ex diuina ordinatōne. qz deus quōqz ordinat illā spēm intelligibile ad cognoscendū aliq̄d singulare. sicut immaterialis spēs intelligibilis ignis ordinat ad cognoscendū p̄icularē ignem inferni vel purgatorij. et sic soluitur argumētū quo arguit. Intellectus ē solum in aīa sepata. sed intellectus nō cognoscit singularia. ergo aīa post separationē nō cognoscit singularia. Dd̄m q̄ quāuis aīa de se nō posset cognoscere singularia directe p speciem intelligibilem p̄t tñ ex quattuor causis iam dictis etiā p speciem intelligibile cognoscere singularia ad q̄ terminat talis spēs. et iō determinatius cognoscit singularia p fantasmatā in hac vita qz per spēm intelligibile post separationē. Et hoc etiā cognoscit p̄t qre aīa nō cognoscit oīa singularia quia ad oīa singularia nō determinat species intelligibilis vt dictum est.

Querit vtz potentie aīe maneāt in aīa sepata Dd̄m q̄ duplices sunt potentie aīe. Quedā sunt immateriales nō existentes in organo corporeo: et sunt tres scz intellectus agēs intellectus possibilis et volūtas. et tales potentie manent s̄m actū in aīa sepata. Alie sunt potentie cōiuncte organo corporeis. sicut sunt vegetatiue et sensitiue. et tales potentie manent quidē in aīa virtute. sed nullo modo s̄m actū

q̄ aut potentie immateriales maneāt s̄m actū p̄bas. qz aīa se hz ad potentias immateriales vt principij. et vt subiectū. et iō ille potētia manent simpliciter in actu in ipa aīa sepata. hz ad potentias corpales aīa se hz solū vt principij et nō vt subiectū. qz tales potētie sunt in corpore aīato tanqz in subiecto. vt visus in oculo et sic de alijs. Ex quo sic arguit. Destructo subiecto alicui⁹ accidentis nō p̄t accēs manere s̄m actū. cū ergo corpus aīatū destruat qd est subiectū potentiarū tales potentie nō manent s̄m actū. sed qz aliquid manet in suo principio s̄m virtutē ideo adhuc manēt tales potentie i aīa s̄m virtutē. In signū cui⁹ qñ itez aīa cōiungit corpi statim est luunt tales potētia ex aīa et corpe. ergo fuerūt in aīa s̄m virtutē. qz manent ibi sicut in principio effectiui.

Ar. Omnes naturales pprietates manent manēte subiecto. hz potētia aīe sūt naturales pprietates aīe. ḡ manēte subiecto etiā manent potētia naturales q̄ sūt ei⁹ pprietates. Dd̄m q̄ pp̄etas accipit dupl̄. Uno pp̄. et sic pp̄etas dicūt forme q̄ fluūt ab aliq̄ subiecto et etiā p̄pletue sūt i illo subiecto. sic risibile ē pp̄rius hoīs. et sic maior ē vera. et minor flā. qz tūc potētia sensitiue sūt pprietates aīe s̄m sūt pprietates aīe et corpis. Alio accipit pp̄etas cōiter s̄m q̄ omne illud d̄ pp̄etas qd ex alio sunt. sicut ex principio quāuis illud nō sit p̄pletū subiectū ei⁹. et sic maior ē falsa et minor vera. tunc enim p̄t manere principij nō manēte pprietate nisi s̄m virtutē. Et hoc est qd dicitur q̄ potētia sequitur s̄m virtutem essentiā. et nō s̄m actum.

Ar. Memoria manet p̄ separationē aīe a corpore et memoria spectat ad potētia sensitiuā. ḡ potētia sensitiua manet. Dd̄m q̄ duplex ē memoria. scz sensitiua et illa nō manet p̄ separationē aīe qz ē act⁹ potētiarū sensitiuarū. Alia ē memoria intellectiua et tal manet p̄ mortē. Et si dicat de gaudio et tristitia q̄ maneāt i aīa p̄ separationē aīe a corpore. Dd̄m q̄ gaudium et tristitia s̄m q̄ manēt p̄ hac vitā nō s̄m passiones appetitiuum. qz vt sic sūt cū motu corpali sanguinis vlc humorū q̄ mot⁹ ibi esse nō p̄t. hz accipiūt gaudium et tristitia s̄m q̄ significāt simplices actus volūtatis. et sic etiā in angelis ē gaudium scz in bonis angelis. et in malis angelis ē tristitia.

Ar. Utz habit⁹ scie acq̄site maneat in aīa sepata a corpore. Dd̄m q̄ sic. Cui⁹ rō est qz hoc manet in aīa sepata qd nō p̄t corrumpi sed habit⁹ scie post separationē nō p̄t corrumpi ergo semp manet. Minor p̄t qz accēs corū pitur dupliciter. Uno per se et a suo cōtrario

sicut corruptibile frigiditas in aqua a calore ignis et sic habitus corrumpi non potest quia non habet contrarium nec finem se nec finem suas causas scilicet finem lumen et spiritum intelligibile. Alio accibus corruptibile ad corruptionem sui subiecti et sic non potest corrumpi habitus quia subiectum eius scilicet anima est incorruptibile.

Arguitur In anima corruptibile scilicet quia est corpori coniuncta. ergo sicut corrumpitur in anima separata. Dicitur tunc quod dupliciter potest habitus scientie corrumpi. Uno modo quantum ad suam substantiam. et sic corrumpitur per falsam argumentationem. sicut enim per syllogismum demonstrativum generatur scientia in anima ita per syllogismum falsigraphum corrumpitur. Alio modo potest scientia corrumpi quantum ad usum. et sic corrumpitur per defectum fantasie et sensuum interiorum. Utrumque autem horum invenitur in anima coniuncta corpori. quia ipsa potest recipi per falsam argumentationem sic totaliter scientia in ea corrumpitur. Item talis anima potest habere defectum in sensibus interioribus. sed nullus istorum modorum potest contingere in anima separata quia anima separata non utitur augmentacione. nec etiam habet modum intelligendi per sensum ut dictum est.

Arguitur Ex hoc sequeretur quod malus haberet prerogativam aliquam vel dignitatem quam non haberet bonus. probatur sequela quia cognitio de rebus est aliquid bonum et spectat ad dignitatem. Dicitur ergo non est inconueniens aliquem malum aliquam habere prerogativam accidentalem ante ipsum bonum. scilicet excellentiam bonorum supra malos post separationem anime a corpore consistit in cognitione diuina et illam habent boni supra malos. Et si arguatur. ad minus damnati habebunt prerogativam supra quosdam salvatos. ut sunt philosophi damnati. Dicitur quod scientia acquisita in damnatis etiam cedit eis ad penam et non ad prerogativam. quia cognoscentes res sciunt se non habuisse bonum usum rerum et ex hoc multipliciter puniuntur. sicut ergo salvatis omnia sunt ad gloriam etiam scientia acquisita ita damnatis omnia sunt ad penam etiam scientia acquisita.

Arguitur Impossibile est duo accidentia numero diuina esse in uno subiecto. sed in anima post separationem infunditur scientia. ergo in ea non potest esse scientia acquisita. quia differunt tamen numero. Dicitur quod scientia infusa a deo post separationem anime et scientia acquisita si quandoque potest esse in eodem tamen distinguuntur formaliter et specificiter. et hoc propter diuinam speciem intelligibilem. quia species intelligibiles infuse sunt in anima sicut similitudinem ydearum existentium in mente diuina. et ideo per illas species potest intelligere sicut prius dictum est. sed species acquirentes non sunt illius nature.

Indivisibilium qui

Dicitur Aristoteles. possunt conditiones intellectus

possibilis scilicet quod ille intellectus est impassibilis quod est immixtus. et quod est sine organo corporeo. et quod ducit ad actum per species et obiectum. Deinde dicitur minuitur de intellectu agente quod est et de eius conditionibus. et etiam determinat de intellectu in actu et de tota anima intellectiva. Hic inter distinguit operationes intellectus possibilis. et prius distinguit operationes. secundo determinat de eis. Quo ad primam vult quod est duplex operatio intellectus scilicet intelligentia indivisibilium. id est simplicium apprehensio. Exempli gratia. quando intellectus non intelligit hominem animalem vel aliquid simile. Et ponit conditiones istius operationis dicens quod in ista operatione non est veritas nec falsitas. quod potest dupliciter intelligi. ut veritas est veritas. Uno quantum ad obiectum scilicet quod in obiecto istius operationis non inuenitur veritas nec falsitas sicut in obiecto secundae operationis quia veritas et falsitas sunt in compositione. Secundo potest intelligi quantum ad actum scilicet quod in actu istius prime operationis non recipitur intellectus. sicut in actu secundae operationis nisi forte per accubum sicut prius dictum est. Deinde dicitur quod secunda operatio intellectus est compositio intellectuum. id est compositio rerum intellectarum. fuit enim prius dictum quod intellectus quandoque sumitur per obiecto.

Quemadmodum em

Hic comparat istas duas operationes ad falsam opinionem Empedocles. et vult quod sicut dixit Empedocles in sua opinione quod in principio institutionis rerum erant producta siue genuerunt multa capita sine cervicibus et multa colla sine pedibus et sine cruribus. et postea amicitia regnante tales res fuerunt adiuncte compositae. et hoc ex causa. et quia illa que sunt casualia fiunt sine ordine. id est quandoque sunt coniunguntur et pres adiuncte non componibiles concurrebant ad constitutionem. sicut caput capre cum pectore hominis. et sic talis res non permanet propter hoc quia non poterat generare sibi simile. Quia autem pres ex natura componibiles concurrebant adiuncte. tamen compositio talis manebat sicut quando caput hominis concurrebat cum collo hominis et alijs partibus. Unum ipse concurrebat quod in principio essent bouis et vitagine. id est animalia per media preterites et per media preter boues. scilicet talia non permanent. Est igitur similitudo ad istam opinionem. quia sicut sicut Empedocles res sunt in principio simpliciter producte absque compositione. ita etiam apud intellectum res accipiuntur simpliciter absque compositione. et sic per ea res adiuncte sunt compositae quare quedam compositiones sunt venientes et quedam discouenientes. et venientes manent in esse. discouenientes vero non manent. ita etiam apud intellectum fiunt compositiones simplicium quare aliqua sunt conuenientes. id est

vere et aliq̄ue discōuenientes. i. falsē. et sicut discōueniētes nō manēt sic etiā falsum nō est. Un̄ quis ista opinio sit falsā. tñ inducit nos in cognitiōē opatiōis nostri intellectus. Et addit̄ tertiu q̄ intellect⁹ nō semp cōponit ea que sunt in p̄nti. sic dyametru ē simetru vel dyametru esse asimetru. sed etiā facit cōpositiōem eoz q̄ sunt vel erūt. Et rō illi⁹ est. quia veritas est p̄porcio rei intellecte ad intellectū. illa aut̄ p̄porcio nō solum est eoz que sunt sed p̄t esse eoz q̄ erunt vel fuerunt. et q̄ cōpositio p̄porciōis rei intellecte ad intellectū non est opus nature sed īpius intellectus. Ideo subiungit Aresto. q̄ illud qd̄ facit vnū qd̄q̄ intelligibiliū cōponendo sc̄z ex cōponibilibus p̄positiōem hoc ē intellect⁹ q̄ facit simplicib⁹ vnū. s. p̄ cōpositiōē

Querit̄ Que istaz sit vera sc̄z an ista dyameter est simet̄ vel dyameter ē asimeter Dd̄z q̄ duplex ē dyameter sc̄z dyameter quadrati et talis ē asimeter ab a qd̄ ē line et sin qd̄ est con et metros mensura q̄ si nō p̄mēsurabilis sue coste. Sed dyameter circuli ē simeter. i. cōmēsurabilis figure vel linee circulari. Dicit̄ enī dyameter linea diuidēs circulū vel q̄dratū in duo equalia. talis aut̄ linea ē cōmēsurabilis circulo. q̄ talis dyameter in circulo cōtinet̄ a circulo cuz septima eius parte. et sic circulus continet̄ ter suā dyametru et septimā eius partem.

Ar. Sunt tres opationes intellectus. ergo male ponūt̄ur hic tm̄ due. Dd̄m dupliciter Primo q̄ Aresto. cōphendit̄ terciā sub sc̄da. ponit̄ enī p̄ sc̄cūda opatione. cōpositiōis et diuisionē. sed ē duplex p̄positiō sc̄z categorica et illa cōpositiō p̄tinet̄ sc̄da opationē intellect⁹. Alia ē cōpositiō ypothetica. et illa cōtinet̄ terciā opatiōem intellect⁹. et sic cōpositiō et diuisiō cōtinet̄ terciā opatiōē. Sed p̄t dici q̄ Aresto. ponit̄ hic opationes intellectus sed syllogistic⁹ discursus q̄ ponit̄ p̄ terciā opatione nō ē p̄prie opatio intellect⁹ sed potius īpius rōnis. et ideo non ponit̄ hic ab Arestorele.

Q̄. Utz iste opationes reperiant̄ in substantijs separatis. Dd̄m q̄ nō. et rō ē. q̄ intellect⁹ in substantijs separatis se h̄z sicut intellect⁹ n̄r in intelligēdo p̄ncipia. et ideo dicūt̄ur tales s̄be intellectuales et n̄ rōnales. s̄ intellect⁹ noster statim intelligit̄ p̄ncipia. sed ad cōclusiones rōci namur. q̄ intellect⁹ noster elicit̄ rōcinando cōclusionē ex p̄missis. sequit̄ q̄ iste opationes sunt in nostro intellectu. sed substantie sepeate p̄pter virtutē intellectualis lumis intelligūt̄ simplici intuitu. i. intueno p̄ specie intelligibiles aliq̄uā rem cognoscūt̄ oia illa que tali rei con-

ueniūt̄ sc̄bilit̄. et ideo intellect⁹ sepeataz substantiaz compať visui in nobis. et noster intellectus compať tactui. q̄ p̄ visum cognoscim⁹ aliq̄ sil. s̄ p̄ tactū cognoscimus aliq̄ successine. sic etiā intellect⁹ n̄r cognoscit̄ aliq̄ successine q̄ intellect⁹ substantie sepeate cognoscit̄ simul.

Arguit̄ur Ex hoc sequeret̄ q̄ intellectus noster esset p̄fectior intellectu substantiaz separatum. quia intellectus noster intelligit̄ cū discursu. et sic habet vnā opationem vltra intellectum substantiaz sepeataz. ergo est p̄fectior

Dd̄m q̄ est aliud dicere q̄ substantie separate intelligunt̄ cum discursu. et q̄ intelligūt̄ discursum. quia substantie separate bene intelligunt̄ discursum sed non intelligunt̄ cū discursu. sicut enī dictū est intelligunt̄ conclusionem simplicia intuitu sed non intelligunt̄ istā cōclusionem p̄ modū discursuū. et ideo qd̄ p̄fectior nis est in nostro intellectu sc̄z cognitio. hoc est in substantijs separatis. sed qd̄ imp̄fectior nis est in nostro intellectu sc̄z cognoscere cum discursu hoc non est in substantijs separatis.

Arguit̄ur Angeli cognoscunt̄ creaturas ī deo vel in verbo diuino. ergo cognoscūt̄ cuz discursu Dd̄m q̄ substantie sepeate bene cognoscūt̄ vnū in alio. sed non vnū per aliud. Discurrere est aut̄ vnū per aliud cognoscere. cognoscunt̄ enī substantie separate creaturas in verbo diuino. sicut in quodam speculo eternitatis. nō aut̄ dicit̄ aliquis discurrere. quia videt̄ aliquid in speculo.

Ar. In demonibus est experientia. q̄ ē ibi aliquis discursus Dd̄m q̄ ista locutio ē similitudinaria. q̄ experientia p̄prie accepta spectat ad cognitiōē sensitiuā q̄ nō ē in demonib⁹. Dicit̄ tñ experiri. q̄ p̄ suā cognitiōē intellectiua cōparat̄ p̄ntia ad futura s̄m q̄ futura cōiter euenire p̄suerūt̄. et ex hoc idē eliciūt̄ de futuro sic in p̄terito factū est. ista aut̄ cognitio nō ē p̄ discursu. q̄ nō cognoscūt̄ p̄ns ex p̄terito. s̄ cognoscūt̄ p̄ns sic se h̄z ex hoc q̄ ī p̄terito sic factū est

Indivisibile autēz

Postq̄ Aresto. distinxit̄ duas opationes intellectus. hic determinat̄ de vtraq̄ opatiōe. Et primo de intelligentia indivisibiliū. Sc̄do de cōpositiōe. Et q̄ intelligētia indivisibiliū ē prima opatio intellect⁹. ideo Aresto. primo distinxit̄ q̄t̄ modis d̄r̄ indivisibile vt̄ sc̄z sc̄iat̄ quō indivisibilia intelligūt̄. d̄r̄ ergo indivisibile triplicif. Uno⁹ d̄r̄ aliq̄d̄ indivisibile continuitate. q̄ sc̄z ē vnū sicut continuūt̄ vt̄ vna longitudo actū indivisibilia et talis longitudo p̄t duplicif

Summa philosophia... *[Marginal notes in a smaller hand, partially illegible]*

Liber

Tercius

capi. Uno^o fm suā totalitatē. et sic intelligitur intellectū indiuisibili et indiuisibili tpe. Alio^o accipi^o fm pres^o longitudinis segregati et tūc intellectū intelligiteam pprie diuisibiliter.

¶ Ali^o. Omne cōtinuum est diuisibile. ergo i cōuenient d^o q cōtinuum sit indiuisibile. Dicendū q cōtinuum capis duplicat. Uno^o fm suā ppriā naturā. et sic omne cōtinuum ē diuisibile in semp diuisibilia. Alio^o capis cōtinuum p cōpationem ad intellectū. et sic cōtinuum ē indiuisibile. qz hoc cōtinuum intelligit p modū vnus s3 vnū fm q hmoi habet rōnē indiuisibilis.

Quod aut non s3m

Hic ponit fm modū indiuisibilitatis dicens q aliqd est indiuisibile fm spēm et contingit i illis in qb^o multa colligunt ad vnā spēm sicut multe pres^o essentielles in hoīe colligunt i vnā naturā hūanā. p^o aut ista spēs qnqz esse naturalis sicut dicitur est de hoīe. et qnqz artificialis sicut domus. Et itez istud indiuisibile intelligitur a nobis simul et in tpe indiuisibili inqz tum in tali indiuisibili est species in qua intelligit oīa que prialiter in specie colligunt. Habet ergo iste modus similitudinē ad primum modū. qz sicut in indiuisibili pmo mō est vnitas quantitatis ex qua sumit vnitas intelligēdi ita in indiuisibili. scdo mō est vnitas specifica ex qua sumit vnitas intelligēdi.

¶ Arguit. Relatiū simul intelligit cū suo cor^o relatiuo et tū sūt diuersaz species. ergo illa que sūt diuersaz species pūt simul intelligi Dicendū q in tali intellectiōne principaliter intelligitur relatiū. et hoc p spēm intelligibilem relatiui. et correlatiū cognoscit solū p modū termini et non principaliter. et sic vtiqz vtz est q nō possunt due spēs sūt intelligi eq pncipalit

Punctum autē et

Hic ponit terciū modū indiuisibilis dicens q terciō modo aliqd ē indiuisibile negatiue sicut punctū qd est oīno indiuisibile. et istud indiuisibile manifestat intellectui sic priuatio. priuatio aut cognoscit ex habitu. et sic istud indiuisibile cognoscit ex cōtinuo cui^o ē priuato. Sic etiā intellectus noster ē cognoscens vnū cōtrariōz p alterū. et ex hoc manifestū est q intellectus noster est cognoscens in potētia. qz ē in potētia ad vnū cōtrariōz qd nō h3. Si aut ē aliqua potētia q nō cognoscit vnū cōtrariōz per alterz sed p seipam cognoscit vtrūqz cōtrariōz. tunc talis potētia ē penitus in actu et om

nino sepata a potentialitate. et talis ē intellectus diuinus qui p seipm cognoscit oīa. et ideo i suo intellectu nulla est potētia. Nō aut ē sic de intellectu substantiaz sepataz. qz quis intellectus earz sit in actu p cōpationē ad intellectū nostrz ppter spēs ipi cōcreatas. nō tū simpliciter est i actu. sicut intellectus diuinus qui intelligit omnia sua essentia et vnico actu.

¶ Arguit Deus etiā cognoscit mala p bona. ergo sequit q in deo sit aliq^o potētia. Dm q pprie loquendo de^o nō cognoscit mala p bona. sed cognoscēdo se cognoscit omnes alias res cum omib^o conditionib^o earz. qz ergo in reb^o existentib^o sunt multi defectus q dicunt mala in ipis reb^o. ideo etiā deus sūt cognoscēdo res cognoscit malū in rebus sed non puenit ad cognoscendū malū per bonum.

¶ Querit Utr intellectus noster prius intelligat diuisibile vel indiuisibile. Dm q indiuisibile capis triplicat. sicut dictū ē. capiēdo ergo indiuisibile primo et scdo modis. tūc prius intelligit indiuisibile qz diuisibile. sed si accipiatur indiuisibile terciō modo. tūc prius intelligit diuisibile qz indiuisibile. Rō primi est duplex. Prima ē qz p aliquā potētia prius cognoscit obiectū potētie qz illud qd h3 ordinē ad obiectū. sed indiuisibile primo et scdo modis cadunt sub obiecto nostri intellectus qd ē qditas rei materialis. indiuisibile aut terciō modo solū cōiungit obiecto qz cōiungit cōtinuo. Secūda rō est. qz vnūqz qd cognoscibile fm q h3 esse ex indiuisibili primo mō. q h3 cognosci ex eo. et sic posterius cognoscit indiuisibile terciō mō. quia cognoscatur ex indiuisibili primo modo.

¶ Arguit Partes diffinitionis cognoscuntur prius qz diffinitū. sed indiuisibile terciō modo est ps diffinitōis indiuisibilis. sicut patz de linea cui^o pars diffinitionis est punctū. q^o prius cognoscit qz indiuisibile primo mō. Dm q linea accipit duplicat. Uno^o fm se et absolute. et sic punctū nō ē de rōe linee. qz infinitas non repugnat linee fm se accepte. sed in linea infinita nō sunt puncta terminātia. Alio^o accipit linea fm q ē recta et finita. et sic duo puncta sunt de rōe illi^o linee. Dicit notāter recta et finita. qz de rōe linee circularis finite nō ē terminari duo bus punctis. qz linea circularis nō claudit punctis. Un^o pz q puncta nō sunt de diffinitōe linee ergo etiā nō cognoscuntur prius qz linea.

¶ Ali^o. Termin^o cōis ē de rōe cōtinui. s3 punct^o ē termin^o cōis cōtinui s3 linee. ergo ē de rōe linee Dm q quis punctū cōtinuans sit de rōe

[Marginal notes on the left side, partially illegible]

[Marginal notes at the bottom of the page, partially illegible]

et est anima...

linee. in hoc puncto non est in actu...

Argumentum. Indivisibilia sunt principia...

Argumentum. Dis cognitio fit per assilarationes...

Est autem ut dictum

Postquam Aristotlees determinavit de prima operatione...

Argumentum. Intellectus in prima operatione non est...

Argumentum. Intellectus non est super tempus...

Triplex ergo veritas

Spa...

Marginal note on the left side.

Triplex ergo veritas

Marginal note on the left side.

Marginal note on the left side.

Marginal note on the left side.

ad vtilit g resumptio aliquo

¶ Me istarū operationū sit pfectior
¶ Libero 7 Tercius autē sunt vna potētia

Libero 7 Tercius

est mēsurabilis tpe q̄a tūc act⁹ intellect⁹ pōt ei se circa intelligibile in instāti sicut cōtingit in substantiis sepatis. Alio modo accipitur act⁹ intellectus fm q̄ est cū fantasmatibus. 7 sic actus intellectus ē in tpe continuo. 7 hoc iō qz fantasmata sunt corpalia 7 i organū corpaliū qz vltus raliū fantasmatū fit in tpe continuo. 7 iō in substantiis sepatis quelibet res ē spēs est apud intellectū subē separate intelligit in instāti. Verum tamē est qz plures nature nō intelliguntur i vno instāti. sed i pluribus istātib⁹ in tpe discreto sibi succedētib⁹. 7 iō mēsurant intellectōes raliū subaz tpe discreto. 7 sic dicit brūis Aug⁹ qz deus mouet subaz spūa lez p tēpus scz discretū 7 nō continuū.

Duo oparō intellect⁹ capite Duplrat

¶ Quia resumptio hōr qz puz Duplrat De intellectu et actu

Idem autem est se

¶ Dic Arel. resumptio id qd pus dictū est de intellectu 7 actu. 7 vult qz scia in actu ē eadē cum re scita. 7 qz scia in actu ē posterior tpe scia in potētia sed simplr 7 i diuersis scia in actu ē potētia in potētia. 7 illa exponēda sunt sicut prius exposita sunt.

¶ Querit. Ad qd vtilis sit resumptio aliqz dictōz. Ddm ad tria. Prio vt melius intelligant pus dicta 7 pfectius intellectui imprimatur. Secdo qz qnqz in resumptōe plus addit qz prius fuit dictū. Tercō qz in resumptōe pus dictū aliq̄liter corrigat.

¶ Queritur Utrū tres sunt opatōes intellectus. Ddm qz sic si intellectus extēdat ad rōez eo mō quo est in hōibus. si autē accipiat intellectus p̄ se fm qz repitit in substantiis sepatis tunc iste opatōes nō inueniunt in intellectu. Ex quo sumit causa quare in nostro intellectu iste tres opatōes inueniunt quia intellectus noster ex statu sue icreatōis ē imperfectus 7 oportet qz vtaf multis opatōibus ad hoc qz cōsequat pfectaz cognitōez de rebus. sed in intellectu pfecto qualē hnt subē separte nō o3 tam multiplices opatōes ponere. qz p vna pfectaz opatōez habet cognitōez de rebus.

¶ Arguit Intellectus nō pot sil plura intelligere. 7 nō est aliq̄ tertia opatio intellect⁹.

bile r concupiscibile. Alij aut diuidūt eas in rō/
nalem r irrōnalem.

Querit. Quid sit pōna localr motiua in aiab⁹. Ddm q pōna localr motiua est duplex. qdā est impatiua siue directiua mot⁹ local⁹ r tūc pōna localr motiua est intellēs r voluntas in hoīe vtēte rōe. vel sensus r appetit⁹ in hoīe nō vtēte rōe r in alijs aiab⁹. qz hoīnes

Secundū enim dif

Obijcit ptra istas diuisiones quattuor rōib⁹.
Quaz pma stat in hoc. qz mēbra diuidentia
debēt euacuare totā naturā diuisi sed sunt aliq;
pōne que nō pntinet sub pncipulis diuisionis si/
cut sunt pōne vegetatiue r sensitue. quia pōne
tales nec sunt rōnales nec irrōnales nec irasci/
biles nec concupiscibiles.

Arguitur Sensus sunt irascibiles r concu/
piscibiles. quia virtus concupiscibilis est in sen/
su cōmuni r irascibilis in virtute cogitatiua.

Ddm q duplices sunt pōne sensitue. Que
dā sunt cognitiue qz sc3 vel cognoscūt vel ordi/
nant ad cognoscendū sicut sunt reseruiue et
de illis Aresto. hic loq; qz ille pōne sensitue
nō pntinet sub aliq; mēbroz. Alio mō accipiūt
pōne sensitue p sensituis appetitiuis. r tūc
est verz q pōne sensitue pphendūt sub irasci/
bili r concupiscibili.

Arguitur. Ista diuisio datur p affirmatiōz r
negatiōz. qz ē sufficiens diuisio. D3 q irrōnale

capit' dupl'r. Uno mō pure negative fm q' d'r
 irrōnale q'si nō rōnale t' tūc oīs poīa aīe est
 rōnalis vl' irrōnal. sed sic irrōnale nō p't eē d'f
 ferētia p'stituēs aliquā poīaz q' negatio nihil
 p'stituit Alio mō accipit irrōnale p'uatine. t' sic
 itez diuisio nō valet. q' poīe sensitīue in bru
 tis nō sunt rōnales nec irrōnales Et si dicatur
 istā diuisiōne ponit Aresto. in fine p'mi ethico
 rū. Dōm q' ista diuisio est bona p' accūs s'i. s. cō
 trahat ad aliq'd p'iculare subiectū q'd ē hō. tūc
 enī in hoīne oēs poīe vl' sunt rōnales sic sunt
 poīe intellectuē sensitīue. dicunt' ei sensitīue
 rōnales poīe nō p' eētā s' p' p'icipatōz quia
 p'icipāt t' dirigūt p' rōez in hoīe nō at in bru
 tis. s' vegetatiue sunt tūc irrōnales q' non
 p'icipāt rōez nec dirigūtur a ratōne.

Adhuc autem et fanta

Hic ponit scōaz rōez t' stat in hoc. Illa diuisio
 est insufficiēs sub cui' mēbris nō p'inet oīa cō
 tenta sub diuisio. s' sic est hic. q' ps fantastica
 p'inet inf' poīas aīe t' tū nō p't p'ineri sub ali
 q' p'icula diuisiōnū p' d'ictaz. q' nec ē rōnal
 nec irrōnalis nec cōcupiscibil' nec irascibil'. q'
 ps fantastica est sensitīua cognitīua.

Adhuc autem et ap

Consequenter ponit tertiā rōez t' stat in hoc. Ali
 q' est poīa aīe q' nō p'inet sub istis mēbris s'z
 vis appetitiua rōis. s. volūtas q' nō p't p'ineri
 sub poīa rōnali cū illa sit cognitīua nec p't p'ineri
 sub trāsibili vl' p'cupiscibili cū tales p'ri
 neāt ad sensum. Op'oret' t'z p'ponere tria mem
 bra appetit' sic q' diuidat' appetit' in appetituz
 irascibile' p'cupiscibile' t' volūtatē.

Et etiā de quo nūc

Quarta rō est q' est eē vna poīa local' motū
 de q' nūc dixim' q' nō p't p'ineri sub aliq' mēbro
 rū diuidētū. s' illa diuisio nō est bñ assig'ta.

Sed de motu secū

Hic p'cedit ad p'cipale p'positū. s. inq'rēdo q'd
 sit p'cipiū mot' local' in aīalib'. t' p'rio p'cedit
 disputatiue. Secōdo ponit veritatē ibi. videtur
 aut. D'ndit q' q' poīa vegetatiua nō sit p'cipi
 um mot' local'. Deīn q' nec ps sensitīua Tertio
 q' nec rōcinatia. Quarto q' nec appetit' Cir
 ca p'mū ponit duas rōes q'rū p'ma stat in hoc.
 Mot' p'gressiu' de q' iam loq'mur sit fm aliq'd
 ymaginātū t' desiderātū q'd pbat Aresto. quia
 aīal nihil appetēs vel fugiēs nō mouet. s'z mā

festū est q' ps vegetatiua nō est cognitīua s' nō
 potest esse p'cipiū motus localis

Amplius autem et

Hic ponit scōaz rōez ad idēz t' stat in hoc. Si
 ps vegetatiua eēt p'cipiū mot' local' p'gressi
 u. s' etiā plāte mouerēt local' t' haberēt pres oz
 gamicas aptas ad hūc motū q'd est falsum. scq'
 la tū patz quia posito p'cipio eē ponitur prin
 cipiū.

Arguit' In plātis est mot' local' q' nō sit ibi
 nisi a potētys vegetatiuis q' nullas alias hūt
 ergo t'c. Dōm q' in plātis nō est poīa motū
 ua localis p'gressiua de q' hic loq'mur licz ibi sit
 mot' fm dilatatōez vl' cōstrictiōez vl' fm aug'
 mētū t' decremētū t' tal' mot' eē p't eē i vegetabili
 b' t' illoz motū p'cipiū p't eē poīa vegeta

Similiter autē ne

Hic pbat q' ps sensitīua nō p't esse p'cipiū
 mot' local'. t' stat rō in hoc. q' si sensus eēt suffi
 ciēs p'cipiū mot' local' p'gressiu'. s' vbiq'z ē
 sensus ibi erit mot' local' p'gressiu' q' posita cō
 ponit effect' s' hoc est falsum. Quia oib' aīali
 bus inest sensus sed non omīa mouētur locali
 ter sicut conche t' ostree. t' quod non mouētur
 localiter pbat Aresto. sic quia natura in p'fectz
 nō deficit in necessarijs. sed ista animalia sunt
 p'fecta ergo natura puidisset eis organa ad mo
 tum localem. sed manifestū est q' natura nō de
 dit eis organa ad talem motū. ergo etiam non
 mouētur localiter. Maior patet quia natura
 dirigif ab intelligentia nō errante. t' ergo non
 deficit in necessarijs. Minorē pbat Aresto.
 quia hoc est p'fectū quod sibi potest generare
 simile. ergo sunt p'fecta. Vult ergo Arestote. q'
 sint p'fecta in sua sp'e licz sint imp'fecta p' cō
 pationē ad alias spes aīalis

Stuero neqz ratio.

Hic pbat q' intellectus nō est p'cipiū mot' local'
 localis t' primo de intellectu speculatiuo. Sc
 cundo de intellectu pratico. t' stat prima ratio
 in hoc. Ille intellectus nō est p'cipiū mot'
 localis qui non considerat agibile vel fugibile
 p'sequi. sed intellectus speculatiuus nō consi
 derat aliquod agibile aut fugibile. ergo nō est
 p'cipiū motus localis. Maior patet. quia
 illa est ratio quare animal nūc mouet' t' nō p'ri
 us. quia nunc nintur aliquid fugere magis q's

714 p'cipiū mot' local' t' d'ndit

320

320

Secundus

Applet' t' d'ndit

Appbat' q' d'ndit

local' t' d'ndit

videt'

prius. Minor p[ro]p[ter] quia intellectus speculativus solus considerat aliquid speculabile. et ideo addit A[risto]tel[us]. q[uod] multoties intelligitur aliquid delectabile aut triste et t[ame]n intellectus non incipit timere vel desiderare. et hoc ideo quia hoc intelligimus solum speculativum et non practice. i. per applicationem ad opus.

Amplius et precipue

Consequenter ostendit A[risto]tel[us]. q[uod] intellectus practice non sit principium motus localis. et stat ratio in hoc. Illud non est principium motus localis sufficiens ad quod non sequitur illa que movetur localiter. sed illa que movetur localiter non sequitur intellectum practicum sed oppositum illi quod precipue intellectus practice. quod agitur secundum concupiscentiam sic patet in incontinentibus quod illi moventur ad hoc quod precipue ab eis per concupiscentiam sed intellectus practice non est sufficiens principium motus localis. Et A[risto]tel[us]. ponit simile in medicinis quod medicus huius artis medicine non sequitur sanatur quod non semper operatur secundum intellectum practicum. i. secundum regulas medicine.

Querit. Quare sit divina incontinentia et incontinentia. Dicitur quod incontinentia dicitur ille qui peccat ex malo habitu et signum illi est si delectatur in malo. quod signum generati habitus est delectatio operis siue hoc sit bonum siue malum. et ideo A[risto]tel[us]. in ethicis comparat eum palitico qui habet infirmitatis. sed in continentibus dicitur quod peccat ex passione et si habet habitum. et ideo in tali intellectu practice precipue aliquid faciendum et tamen facit oppositum propter appetitum sensitivum qui trahit ad oppositum et dicitur incontinentens quod non solum tenens cum ratione. i. non operatur secundum iudicium rationis.

Attuero neque appetit

Dicitur propter probatur quod appetitus sensitivus non sit principium sufficiens motus localis. quod illud non est principium sufficiens motus localis ad quod non sequitur motus localis. sed sic est de appetitu sensitivo. quod hoc principium ea que movetur non persequitur sed persequitur habet quod eis respicitur per intellectum sic patet in continentibus ergo appetitus sensitivus non est principium sufficiens motus localis.

videtur autem due

Postquam A[risto]tel[us]. disputative inquisit de principio motus localis. hic ostendit veritatem. et vult quod intellectus et appetitus sunt principium motus localis sic tamen quod sub intellectu apprehendat fantasia. et ratio stat in hoc. Illud est principium motus quod sequitur omnia illa que moventur sed omnia que moventur localiter vel se

quantur intellectum et appetitum intellectivum sicut homines viventes secundum rationem vel sequuntur fantasiam et appetitum sensitivum sic bruta et homines relinquentes rationem sed illa sunt sufficiens principium motus localis. Maior pars quod ex hoc quod aliquid sequitur principium impatiunt motus sic executive movetur. Exemplum. quod ex hoc quod intellectus cognoscit aliquid bonum et voluntas impatiunt illud sic sequitur ulterius executio motus per membra exteriora. Simile est in brutis quod si brutum cognoscit aliquid bonum sensibile tunc statim nisi aliquid impediat sequitur motus localis ad prosecutionem talis boni.

Queritur. Quare sub intellectu potest apprehendi fantasia. Dicitur quod ideo. quod sicut intellectus movetur in absentia intelligibilium. per speciem intelligibilem que reservatur in intellectu. ita et fantasia movetur in absentia sensibilium per speciem sensibilem contentam in sensu exteriori. Secundo dicitur quod quod superiora includunt inferiora virtualiter et excellenter. sic potest intelligentia que est superior ad fantasiam apprehendere sub se fantasiam sic perfectum includit imperfectum.

Intellectus autem

Postquam A[risto]tel[us]. posuit duo principia moventia in patria. tamen propter reducit illa duo moventia ad unum et vult quod hoc unum principium motuum est appetibile. et hoc sic probatur quod intellectus qui movetur localiter impatiunt est practice. sed intellectus practicus movetur ab eodem a quo appetit. scilicet ab appetibile. sed est unum principium movendi. scilicet appetibile.

Circa primam partem est considerandum quod intellectus practice et speculativus dicitur fine. quod intellectus speculativus non ordinatur ad aliquid operis. sed intellectus practice ordinatur ad aliquid operis. et ideo appetibile est principium intellectus practice. et hoc ideo quod appetit est circa aliquid bonum quod est finis. sed finis est principium actus et intellectus practice agens. et ideo prima motus ipsi intellectus practice incipit a fine et simile est de appetitu sensitivo et de fantasia quia fantasia non movetur sine appetitu sensitivo.

Queritur. Quare appetitus non movetur sub ratione intellectus sicut intellectus movetur sub ratione appetitus. id est quare intelligibile non est principium motus localis sicut appetibile.

Dicendum quod intellectus non movetur sine appetitu. quia intellectus se habet naturaliter ad opposita. sed non potest fieri motus nisi aliquid movens determinetur ad unum. talis autem determinatio fit per appetitum. ergo intellectus non movetur nisi sub ratione appetitus. et ideo appetibile est principium motus localis. Exempli gratia. per intellectum aliquid precipue ambulatores ad aliquid locum.

Liber

Tercius

cum et non ambulatorem ad illum locum. ergo intellectus absolute acceptus non est principium mouendi nisi secundum quod determinat per appetitum quod determinat ad unum. Et hoc est quod dicit Aristoteles in textu quod intellectus non est mouens sine appetitu sensitivo vel intellectivo. intellectivo quod quod voluntas est appetitus. per tamen contra appetitum mouere potest sicut patet de appetitu sensitivo. Et est considerandum quod Aristoteles plus loquitur de concupiscentia quam de ira. quod concupiscentia nihil precipit de ratione sed ira precipit ratione licet non secundum debitorum modum. et ideo iracundi sunt plus laudabiles quam iracundi. quod passio iracundia trahit ex origine propter concupiscentiam. sed concupiscentia fit ex consuetudine qua aliquid detinere potest.

Queritur. Utrum voluntas moueat intellectum vel intellectus voluntatem. Respondendum quod aliquid dicitur alio mouere dupliciter. Uno modo per modum finis. et illo modo intellectus mouet voluntatem quod bonum intellectum est obiectum voluntatis. obiectum autem est finis ponere. Alio modo aliquid mouet alterum in ratione agentis. et sic voluntas mouet intellectum et alias inferiores vires. Ratio prima est quod omnis appetitus est de se ceteris. id est appetitus non habet apud se ipsam per quam fit cognitio. ergo oportet quod cognitio fiat per aliquam potentiam cognitiuam. et per illam cognitionem sequitur inclinatio in aliquid quod inclinatio est appetitus sicut quod potentia sensitiva cognitiua preterit obiectum appetitui sensitivo. ita etiam intellectus preterit obiectum suo appetitui. id est voluntati. et sic mouet voluntatem per modum finis. Ratio secunda est quod in omnibus potentibus subordinatis superiori potentia que respicit finem vlem mouet alias potentias que respiciunt fines particulares. sed voluntas respicit bonum et finem in communi tanquam suum obiectum. quilibet autem alia potentia tendit in aliquid singulare bonum sicut visus tendit in cognitionem coloris. intellectus in cognitionem veri que sunt quedam bona particularia. ergo voluntas mouet alias potentias ad suos actus. Maior probatur inductio tamen in naturalibus quam in politicis. Videmus enim in naturalibus quod celum mouet ista inferiora effectiue. et hoc ideo quod celus vel mouet ad generationem generabilium et corruptibilium. alia autem corpora habent quedam particulares effectus circa generabilia et corruptibilia. Sicut est in politicis quia rex qui intendit communi bono mouet omnes alios inferiores quod inferiores non intendunt bono communi sed aliquo particulari bono.

Queritur. Utrum intellectus sit nobilior voluntate vel contra. Dicendum quod intellectus est simpliciter nobilior voluntate. sed voluntas est dignior intellectu secundum quod probatio prima est. quia nobilitas potentie simpliciter debet sumi ex illo a quo sumitur natura potentie. natura autem potentie sumitur per comparationem ad obiectum. sed intellectus

obiectum est dignior obiecto voluntatis. ergo intellectus simpliciter et in sua natura est dignior voluntate. Minor probatur quia obiectus intellectus est immaterialis simpliciter et abstractus. Est enim obiectum voluntatis bonum agile quod inuenitur in rebus exterioribus. sed obiectum intellectus est quidditas rei materialis siue ratio rei. sed ratio rei est simplicior quam ipsa res. Secunda pars patet quia voluntas fert in rem secundum quod in se est. sicut intellectus fert in rem secundum quod per speciem accipitur. contingit ergo quod alique res non preterit accipi per speciem sicut sunt immaterialia. et tamen voluntas potest tendere in illas res. ergo quoad illa immaterialia voluntas est superior. quia voluntas potest proprie illis coniungi in hac vita. sed illa non preterit per intellectum cognosci. Potest etiam probari idem ex alio. quia illa potentia est dignior que habet digniore habitum sed intellectus habet digniore naturalem habitum scilicet sapientiam. et voluntas habet iusticiam. sed sapientia est multo altior iusticia. ergo intellectus est altior voluntate et nobilior.

Arguitur. Voluntas est simpliciter nobilior intellectu. probatur quia obiectum voluntatis est vltimus finis qui est prima causa et perfectissima sicut dicitur secundo philosopho. Dicendum quod obiectum voluntatis scilicet bonum et obiectum intellectus scilicet quidditas preterit dupliciter adinuicem comparari. Uno modo secundum viam causalitatis. et sic obiectum voluntatis est dignior quia causalitas respicit bonum quod bonum est diffusiuum simpliciter. et dicitur Augustinus quod de bono est sumus. sed creata precipit bonitatem ab illo et ex hoc arguitur quod voluntas mouet intellectum effectiue ut dictum est. Alio modo comparantur adinuicem bonum et verum secundum simplicitatem nature vtriusque et sic verum est simpliciter bono quod secundum Aristotelem. sexto metaphisice. bonum et malum sunt in rebus. verum et falsum in anima. sed aliquid est simpliciter et dignius in anima quam in rebus.

Arguitur. Intellectus preterit voluntatem naturaliter. ergo est imperfectior cum priora sunt imperfectiora. Dicendum quod dupliciter aliquid est plus alio naturaliter. Uno modo via generationis et in eodem. et sic imperfectiora sunt priora perfectis. quia idem naturaliter ducit ab imperfecto ad perfectum. et sic intellectus non est prior voluntate. Alio modo aliquid preterit aliud naturaliter in diversis via perfectionis et illo modo intellectus est prior voluntate. Cuius ratio est quod finis via perfectionis est prior aliis causis. cuius ergo intellectus moueat voluntatem finaliter sicut dictum est. ergo preterit voluntatem via perfectionis.

Arguitur. Voluntas non mouet intellectum quod mouens est nobilior motu. sed voluntas non est

Voluntas moueat intellectum ad egr

Intellectus mouet voluntatem ad egr
Intellectus mouet voluntatem ad egr
Intellectus mouet voluntatem ad egr

nobilior intellectu ergo non mouet intellectum

Dom q tam voluntas q intellectus capiunt
dupl'r. Uno modo acapit intellectus put est app/
hensiu' veri et entis in vli. Alio modo fm q e det/
minata poña aie hñs determinatū actū. Silt'
volūtas capif dupl'r. Uno modo fm cōitatē sui
obiecti quod est bonū in cōi. Alio' put est det/
minata poña hñs deterrminatū actū. Tunc est
dicendū q omnibus istis modis intellectus est
nobilior voluntate excepto vno scz fm q intel/
lectus e determinata poña hñs deterrinatū actū r
volūtas sñit hz cōitatē sui obiecti sic ei obiectū
intellectus pprehendit sub obiecto voluntatis. qz
tunc intellectus est circa aliqd picular e bonū. sz
omnib' alijs modis intellectus est dignior. Ue/
rū est ergo q voluntas mouet intellectū fm q
est poña siue virtus respectu finis r ipst' boni
in cōi r fm q intellectus est determinata poña et
allo modo voluntas est dignior intellectu. Etia' di/
cendū q omne mouens inqstū mouens est di/
gnius moto. sed voluntas non mouet intellectū
quocunq; modo sed solū inqstū hz obiectū qd est
bonū in cōi. r illo modo voluntas mouet itellectū
nigstū est vna determinata picularis poña
cū hoc modo etiā volūtas sit dignior intellectu.

Arguit Mouens non mouet a moto nisi per
accūs. sed intellectus mouet volūtatē. q volūtas
non mouet intellectū. Dom q mouēs non mo/
uet a moto eo modo quo mouet. Intellectus em non
mouet volūtatē eo modo quo mouet a voluntate
qz intellectus mouet volūtatē finalit' r obiectalr
sed volūtas mouet intellectū effectiue. qā dir/
git oēs alias poñas ad opandū.

Ar. Si intellectus moueret volūtatē r volū/
tas intellectū tūc eēt pcessus in infinitū. Di/
cendū q e stat in intellectu qz oēm motū volūta/
tis pcedit motus intellectus. cū volūtas de se sit ceca
et non inclinē ad aliqd nisi pntet p intellectu
sed non oq intellectus noster semp moueat a vo/
luntate nostra. sed ad intelligendū pma intelli/
gibilia mouet a volūtate diuina sic dicit Ar.
in tractatu de bona fortuna. q pncipiū pslūdi
primū e alit' intellectu nro. volūtas aut nra non
est altior intellectu sicut dictū est. ergo intelligit
hoc de intellectu diuino

Intellectus quidē

Dicitur Ar. ex pdictis assignat cam quare sepe
erramus in actionib' nris. qā em dictū q nos
mouemur ad agendū ex appetitu. qā scz appe/
tibile est primū pncipiū motus r actionis. id
dicit Ar. q quis intellectus sit semp rectus scz
ille intellectus qui est pncipiū opationis scz

intellectus practicus. quia ille hz vñū habitū
q vocat sinderes pprque habitū rō deprecas
ad optima. Quia tñ fantasia et appetit' sensiti/
uus qñq; hñt rectitudinē r qñq; nō. id ptingit
fieri opationē fm iudiciū fantasie et appetitus
sensitiui. talis ar appetit' sensitiu' est circa bo/
nū apparens. id potest in hoc bono fieri error.

Circa istud est sciendū q in qualibet acti/
one nostra intellectus opatiuus implicite vtif
syllogismo practico. cui maior e ponit intelle/
ctus practicus. et si idē intellectus subsumat mi/
norē tunc non fit error in pclusionē. sed si minor
subsumat p fantasia r appetitū sensitiuū tūc in
pclusionē fit error. quia fm loycos cōclusio seq/
tur debiliozē pte pmissaz. qz ergo maior e vliis
et minor picularis pclusio erit picularis. Ex
empli grā Intellectus practicus assumit in qlibet
opatione istā ppōnem. omne bonū est faciendū
qñ tūc sub tali ppōne intellectus practicus subiu/
mit aliqd simpl'r bonū. Exempli grā. visitare ec/
clesiā est bonū. vel diligenter studere est bonus
tunc non fit error in conclusionē. si aut fantasia
siue appetitus inferior subsumat sic. delectari
in aliquo ppter rōem est bonū. tunc male cōclu/
dit. r id dicit Ar. iij. ethicor q ois mal' est
ignorans quia omnis mal' ignorat. i. errat in
subiūmptione minoris ppōnis in syllogismo
practico. r etiā qz ignorat in eligēdo qz pponit
sensualitatē rationi.

Diuidētib' aut

Dicit Ar. excludit diuisionē quā ponebat anti/
qui de potentijs aie diuidentes poñas aie in
rōalē irascibilē et pcupisabilē. Et vult q mltē
sunt potentie anime que plus dñt qz iste poñe
anime scz psliatū appetitiuū vegetatiuū r in/
tellectiūm. Et h' accipiēdo cōsiliatiuū ppric
put est aliqd spectās ad itellectū. r appetitiū.
p appetitiū ffitiū. qz tunc appetitiūm r cō/
siliatiūm pnt realiter diuidi in diuēsis. In
brutis em est appetitiūm et non cōsiliatiūm.
Silt' vegetatiūm et intellectiūm pnt realit'
diuidi scz in plantis et in hoibus. ergo ista pl'
differunt.

Quoniā autē appe

Dicitur excludit vñā rōnem que prius videbat p/
bare q appetit' non eēt pncipiū motus local'. qz
dictum fuit q cōtinētes non sequunt appetitū.
qā sequunt rōem. Vult q Ar. q oia q mouent
sequunt appetitū. r qñs cōtinētes r ptuosi
non sequant appetitū ffitiū r sequunt appe/
ritū intellectiūm. Un' addit q in hoie sunt

contrarij appetit^o scz intellectiu^o & sensitiu^o. Et h^o s^o h^o bar^o q^o q^oq^o in vno hoie de eodē sunt con-
trarij motus fm appetitū qz concupiscentia. i. appetitus sensitiu^o cognoscens aliqd iā bonuz .i. bonū vt nūc iudicat hoc esse appetendū & p-
sequendū sed intellectus qui cognoscit etiā fu-
turū iubet retrahere. i. iubet nō pseq^o hoc qd ap-
petit p appetitū sensitiuū qz in futuro aliqd ma-
lū culpe & pene seq^o p^o (Exempligrā extra textuz
In die ieiunij appetit^o sensitiu^o iudicat cibum
esse capiendū qz hoc est p nunc delectabile. sed
intellectus q^o etiā cognoscit futurū sciens q^o pēa
sequet^o ex fractione ieiunij iubet cibū nō esse ca-
piendū. Et istis resonant verba apli. Qz caro
.i. appetitus sensitivus corporalis concupiscit ad
uerius spm. iterū addit Uideo aliā legē esse in
mēbris meis. i. in appetitu inferiori repugnan-
tē legi mentis mee. i. intellectus. Et isto textu
pōt pbabiliter elici q^o Aresto. fuit de statu sal-
uandoz qz in lege nature requirebat et suffice-
bat q^o hō cognosceret suā naturā esse contractaz
et q^o ppter talem contractionē nature hō deside-
raret vñū repatorē nature. qz ergo Aresto. i. isto
textu satis dicit & cognoscit naturā hominis eē
contractā & diuisam in duas ptes. Et in libro
de pomo et morte inuocat repatorē nature ideo
p^o satis pbabiliter sumi q^o Ar^o. fuit de numero
saluandoz

Querit Quō differēter se hnt ad cognoscē-
dum res sensus exterior. sensus interior. intelle-
ctus creatus & intellect^o diuin^o Dōm q^o s^o sus
exterior solū cognoscit pns. sed interior pns et
p^oteritū qz memoria est p^oteritoy. Sed intelle-
ctus creatus cognoscit pns p^oteritū & futurū sic
est in sua cā. sicut nūc astrologi cognoscūt futu-
ram eclipsim ex motu celi qui est causa eclipsis
Sed intellect^o diuin^o cognoscit pns p^oterituz
& futurū fm se. Ratio est qz cognoscit omia in
nūc eternitatis. sed nūc eternitatis ambit omē
tpns Et iō bñ dicit Ar^o. q^o intellect^o iubet retra-
here ab illo qd sensus iudicat esse faciendū ppter
futuruz qd scz intellectus cognoscit fm q^o est in
sua causa

Querit Utz ista rebellio inferioris appetit^o
& superioris appetit^o sit naturalis vel ptra natu-
rā Dōm qd natura hūana capit dupl^o. Uno
mō fm q^o est instituta in primo statu innocētie
& sic ista rebellio et inobedientia est omnino cō-
tra naturā. qz in isto statu innocētie in aia fuit
originalis iusticia qua vires inferiores imobi-
liter subdebant superiorib^o virib^o. et iō nihil po-
terant inferiores vires appetere nisi qd fuit deli-
beratū p vires superiores scz p rōnem Alio^o acci-

pitur natura humana fm se. et sic ista inobediē-
tia siue rebellio p^o capi dupl^o Uno^o fm q^o tra-
hit rōem a sua rectitudine. & sic iterū ista rebel-
lio est innaturalis qz in tali motione fit pecca-
tū. se oē pctm fm Damascenū est ptra naturaz
ergo etiā illa motio qua sic vires inferiores mo-
uent est cōtra naturā Et rō est qā dicit Aresto.
infra q^o sicut spera mouet sperā ita appetit^o appe-
titū. sed naturale est q^o superior spera moueat infe-
riores. sed omnino esset ptra naturā q^o inferior
spera traheret superiorē a sua rectitudine. Alio^o
p^o capi appetit^o fm q^o absolute fert in suū obie-
ctū absq^o hoc q^o trahat rōem. & sic appetit^o infe-
rior est naturalis qz naturale est cuiuslibet ponē
q^o ferat in suū obiectū

Querit Utrū appetit^o sit spēalis poñā aie
Dōm q^o sic. Et rō est. qā ad quālibet formam
creatā sequit inclinatio. sed aia est forma creatā
ergo habebit inclinationē. sed inclinatio aie in
res est appetitus. ergo in aia est appetit^o Ma-
ior p^o qā omne impfectū natural^o appetit^o p^ofici
sed ois forma creatā est impfecta tanq^o distās
a principio pfectionis. ergo ois forma creatā tē-
dit ad pfectionē. Sic etiā suba sepata est imp-
fecta respectu prime cause

Querit Utrū in oibus rebus creatis sit idē
appetit^o Dōm q^o nō Et rō est. qā sicut ad for-
mā creatā sequit appetit^o vt dicit^o est. ita ad al-
tiorē formā creatā seq^o alioz appetit^o. In his
ergo entib^o que cognitione carent sicut in pure
naturalibus in qb^o sicut inuenit forma determi-
nans ad vñū esse scz naturale. ita etiā ibi inue-
nit appetitus natural^o tm. qā inclinatio illa nō
sequit cognitionē sed naturā rei. sicut enī mate-
ria appetit formā sic forma finē. Sed in ha-
betib^o cognitionē vbi ens nō solū hz eē natura-
le p subalē formā. sed etiā recipit in se formas &
similitudines aliaz rerū vt est in aiatis. sicut sen-
sus recipit spēs sensibiles. & intellect^o spēs itel-
ligibiles. & hoc ideo qā q^oto aliq^o res plus acce-
dit ad rei similitudinē tanto plura in eo existunt
qā in deo oia excellenter existūt fm Dyonisiū
isti g^o enti aiatō puenit alioz inclinatio. & sic nō
solū inclināt ad ea q^o sibi pueniūt ex forma na-
turali fm quē modū in eo est appetit^o natural^o
sed etiā in eo est inclinatio ex formis receptis ab
extra. s. ex formis s^ohibilib^o vel intelligibilib^o. et
qā ista inclinatio sequit cognitionē necesse ē di-
cere q^o sit spēalis poñā aie. h^o aut non est verū de
appetitu naturali quia tal^o appetit^o natural^o nō
est res distincta ab eo in quo est talis appetit^o.
sicut appetit^o materie est ipsamet materia. s. ap-
petit^o sensitiu^o nō est ipsa aia sensitiva sed spēal^o

poña anime Et p hoc solniſ argumētum quo. Arguitur. Appetere est cōe aiatis z inaiatis ḡ nō est poña ipſi^o aie. qz inaiata nō hñt aimam. Dñm q appetere puenit alicui duplr. Uno^o ex forma fm quā res est. z talis appetit^o est in inaiatis z nō est poña aie. Ali^o ē appetit^o q puenit alicui p pſi formā q ē pncipiā cognitōis alicui^o rei. et tal^o appetit^o ē spēalis poña aie qz tal^o inclinatio coniungit alicui poñe cognitue et sic oz qz ibi sit aliq^o forma supaddita.

Ar. Appetere ē cōe oi poñe aie. qz ois poña appetit suū obiectū sic suū bonū z finē. Dñm q nō ē incōueniēs in potētis aie esse duplicem appetitū scz naturalē fm quē potētē appetunt sua obiecta sicut oia pfectibilia appetit suas pfectiones. z pter h^o in poñis cognitinis est ali^o quis altior appetit^o q cōuenit eis post obiectū cognitū. Illa aut^o inclinatio est altior q puenit potētis ex cognitōe qz illa q cōuenit eis ex natura. Un^o in intellectu est appetit^o naturalis q scz appetitu. omnis hō natural^o scire desiderat qz p talē appetitū intellectus inclinā in suū obiectū. z pter hoc est appetitus intellectual^o quo intellectus tendit in hoc quod est cognitū p intellectū.

Ar. Dis appetit^o sequit^o cognitōnē. ḡ null^o est appetit^o nafalis. Dñm q est duplex cognitio. Una est q est p iuncta illi qd appetit. et sic añs est falsum in appetitu naturali. sed est verū in appetitu aiati z intellectuali. qz ibi cognitio est p iuncta illi qd appetit. Alio^o accipit^o cognitio general^o p cognitōne p iuncta illi qd appetit vel sepata ab eo. z sic añs etiā est verū de appetitu naturali. qz ille appetit^o sequit^o cognitio nē q est sepata ab eo qd appetit vt ignis p appetitū inclinā ad locū sursum. sed illū locū nō cognoscit ignis sed nafa vniuersalis dirigit ignē ad locū sursum.

Ar. Appetit^o sequit^o formā apphensaz. ergo nō est poña aie. Dñm q ista ppō p̄t duplr i^o telligi. Uno mō capiēdo appetitū p actū appetendi. z sic est verū q actus appetēdi sequit^o cognitōnē et formā apphensā. qz cognitio ē solū ex forma apphensa. Alio mō accipit^o appetit^o p poña appetendi et sic adhuc capit^o dupliciter. Uno mō fm se z sic ppō est falsa. qz poña non sequit^o talē formā apphensā sed pcedit eā cū ois poña nafalis sit cū aia pducatur. sed forma apphensa p actū aie acquirit^o. Alio mō accipit^o illa locutio quo ad nos. z sic ppō est vera quia nos distinguim^o duos appetit^o fm formā apphensā. vel sensibilibiter z sic est appetit^o sensitivus. vel intelligibil^o z sic ē appetit^o intellectiv^o.

Ar. Itē est obiectū poñe appetitue z cognitue. ergo sunt vna poña. Dñm q quis sit idē obiectū material^o acceptū qd appetit et cognoscit tñ hoc idē sub alia formali rōe appetit et cognoscit. qz cognoscit sub rōne veri z appetitur sub rōne boni. Et ratio est. qz oia bonū appetit. sufficit ergo. q sit alia formalis rō in cognoscibili et appetibili.

Querit^o Quo diuidat^o appetit^o q ē poñe aie. Dñm q diuidit^o in sensitivū z in intellectivū. et ratio est duplex. Prima est qz ad altiorē formā sequit^o altior appetit^o z pfectior. sed manifestū est q intellectus est altior forma qz sensus. ergo etiā habebit altiorē appetitū. Ille ergo appetitus qui sequit^o intellectū vocat^o voluntas. que nihil aliud est qz inclinatio ad bonū apphensum p intellectū. Secūda ratio stat in h^o. Dis poña passiva ē distinguibilis fm distinctionē poñe actiue. qz oz agens z patiens esse. pportio nata adinuicē et necesse est actiū pportioari passiuo. qz ergo poña appetitiua est passiva et nata est moueri ab apphensio p poñam cognitiuā iō oz talē poñam distingui fm ordinē ad apphensum p poñam cognitiuā. sed manifestū est q alteri^o generis est illud qd est apphensum p intellectū scz vlt. et alterius generis est illud qd ē apphensū p sum. i. pnculare ḡ etiā oz illos duos appetit^o distingui. Et ex ista rōne potest sumi planior rō talis scz Poñe distinguuntur p obiecta. sed obiectū appetitus sensitivi ē apphensum p sensum et obiectū appetit^o intellectivi est apphensum p intellectū sed illa sūt diuersa ergo poñe sunt diuersē. Maior p̄t ex p̄t^o dicitis. qz omnis appetit^o de se est cecus iteo optet q moueat a potētia cognitua z ab obiecto ei^o.

Ar. Penes accidentales drās obiecti nō d̄ sumi distinctio potētie. sed esse apphensum p intellectū vel sensum accidit obiecto. ḡ penes hoc nō debet sumi distinctio potētiar^o scz appetitū diuersor^o. Dñm q illa p̄ditio esse apphensū p̄t duplr accipi in aliquo obiecto. Uno mō fm q talē obiectū p̄tatur ad pñam cognitiuā. z sic omnino accidit sibi q sit apphensum. Cui^o ratio est qz potētia cognitua nō fert^o in apphensum sed in apphensibile. Alio mō accipit^o illa p̄ditio in obiecto fm q p̄tatur ad potētiā appetitiuā. et sic esse apphensum nō accidit tali obiecto. qz appetit^o fert^o p se in bonū apphensum. et iteo esse apphensum p sensum et p intellectū p̄t distinguere appetitus.

Ar. Dis appetit^o est sensitiv^o. ḡ null^o ē appetit^o intellectiv^o. Añs p̄t. qz ois appetit^o ē respectu singularis appetibilis. sed appetit^o sit/

gularis est sensitiu⁹ q̄a est circa bonū p̄ticulare
 Dōm q̄ cū oīs appetitus ferat in res fm q̄ ff
 extra aiām oꝝ q̄ oīs appetit⁹ ferat in aliq̄d sin/
 gulare Sed est notandū q̄ singulare capit du
 plicit. Uno mō fm rōem singularis r̄ sic appe
 titus sensitiuus fert in singulare. Alio mō acci
 pit singulare fm rōem vniuersalis. r̄ sic appeti
 tus intellectiuus fert in singulare Exempluz
 Ar̄. qz aliquis p̄t odire r̄ impugnare aliquod
 malū vl̄e sicut habem⁹ odio oīe gen⁹ latronū
 et p̄ oppositū diligim⁹ oēs iustos. Pōt etiā ali
 ter dici q̄ aliq̄ se q̄ nō p̄t cognosca p̄ sensum sic
 sunt imaterialia. et ad illa habem⁹ inclinātoēz h̄
 at nō p̄t fieri p̄ appetitū sensitiuū. ergo fit p̄ ap
 petitū intellectiuū. p̄ h̄ dicit ad argumentū. q̄
 appetit⁹ intellectiu⁹ sc̄z voluntas vl̄ est circa sin
 gularia imaterialia vel ē circa singularia mate
 rialia fm aliquā vl̄em rōem.

Ar̄. Si est duplex appetitū ḡ erit duplex
 motiū s̄z ē tū vnū motiū ḡ nō erit nisi vnū
 appetitū. qz appetit⁹ ē p̄ncipiū motus local.
 Dōm q̄ nō est sile. q̄a q̄m̄s appetitus infe
 rior posset aliq̄d appetere sine appetitu supiori
 nō tū p̄t supior appetit⁹ mouere absqz inferiori
 Lū⁹ rō est qz oꝝ p̄ appetitū inferiorē mēbra oꝝ
 dinari ad motū. et ideo supior appetit⁹ mouet
 mediante inferiori.

Querit. Utz appetit⁹ sensitiu⁹ bñ subdiui
 dat in concupiscibile r̄ irascibile. Dōm q̄ sic.
 Et rō est. qz illud qd̄ innent in rebus naturali
 bus tanqz consequens illaz formaz hoc magis
 et alioꝝ mō repit in pte sensitua Lū⁹ rō est qz
 rebus p̄fectioribus cōueniūt p̄fectiores cōditō
 nes. sed in naturalibus repit duplex inclināto
 vna est ad p̄sequendū cōuenientia. alia est ad resi
 stendū phibentibus illā primā inclinationem
 naturālē. sicut p̄z de igne q̄ p̄ leuitatē inclinatur
 ad p̄sequendū locū sursum sicut aliq̄d sibi con
 nemens. Secundo ignis h̄z in se caliditatem
 p̄ quā resistit impediētibus talē motū ea com
 burendo. ergo erūt due inclinationes in p̄senti
 situa. vna que est ad p̄sequendū cōuenientia
 alia que est ad impugnandum nociua

Querit. Utz iste due opationes spectāt ad
 vnā poñam Dōm q̄ nō sed spectant ad duas
 poñas qd̄ p̄z ex trib⁹ causis Prima est qz q̄nqz
 aia ingerit se tristibus contra inclinationē concu
 piscibilis vt sc̄z impugnet nociua. ergo oꝝ p̄ il
 la inclinatione ad tristia ponere vnā poñam
 que sit alia ab illa qua aliquis inclināt ad dele
 ctabilia sicut est inclinatio concupiscibilis. Ar̄s
 p̄z exēplanter. sic canis exponit se piculo vt p̄se
 quitur appetitū concupiscibile. r̄ h̄ qd̄ appetit p̄ ap

petitū concupiscibile. Secunda rō ad idē ē qz
 passiones appetitus irascibilis sūt cōtrarie pas
 sionibus concupiscibilis. ergo spectant ad diuer
 sas poñas. Circa qd̄ sciendū q̄ sex sunt passio
 nes in appetitu concupiscibili tres respectu bo
 ni sc̄z amor desiderū r̄ delectatio. et tres respec
 tu mali sc̄z odiū fuga et tristitia. Et q̄nqz sunt
 passiones in appetitu irascibili. tres respectu bo
 ni sc̄z timor audacia et spes. Due respectu mali
 sc̄z despatio et ira. Et dicunt passiones q̄a sunt
 cū motu corpali ipsius habentis tales passio
 nes. sicut ira fit cum motu sanguinis ad cor. et
 ideo opationes intellectuē nō vocantur passio
 nes quia non fiunt cum motu corpali. Q̄ autē
 ipsius irascibilis et concupiscibilis sunt contra
 rie passiones. p̄z. Nam concupiscencia intensa
 minuit iram. et ira intensa minuit concupiscen
 tiam. non ergo possunt iste passiones spectare
 ad eandē potentā cū se mutuo impediāt Ter
 tia ratio stat in hoc. qz irascibilis est sicut ppū
 gnatrix concupiscibilis qz insurgit cōtra ea q̄
 impediūt cōcupiscenciā. sed poñā q̄ ppugnat
 est supior illa poñā grā cui⁹ fit ppugnatio ḡ ira
 scibilis poñā ē supior cōcupiscibili. Un passio
 nes irascibilis incipiūt a concupiscibili. r̄ iterū
 terminant ad cōcupiscenciā sic canis mouet ad
 irā ex delectatione cibi quā delectatione canis cu
 pit retinere. et postqz p̄ irascibile retinuit illum
 cibū. tu ne de nouo delectat in illo cibo.

Querit. Que sint obiecta istoz appetitū
 Dōm q̄ obiectū appetitus concupiscibilis est
 bonū p̄ticulare absolute acceptū fm q̄ est que
 niens sensui. sed obiectū virtutis irascibilis est
 bonū p̄ticulare arduū siue difficile. q̄a appeti
 tus irascibilis nō fert in aliquod bonū p̄ticula
 re nisi fm q̄ hoc p̄ticulare bonū accipit vt dis
 ficulter acquisibile. Sicut p̄z ex passionib⁹ il
 lius appetitus nō eim ē timor audacia aut spes
 nisi respectu magni boni nec despatio r̄ ira nisi
 respectu magni mali. Et organa eoz sunt ista.
 q̄a in eodē organo in quo est sensus cōmunis est
 appetitus concupiscibilis. r̄ in eodē organo in q̄
 est virtus cogitativa est appetitus irascibilis.
 quia appetitus concupiscibilis est circa aliquod
 bonū delectabile. et sensus cōmunis est circa ali
 quod delectabile. ergo appetitus concupiscibilis
 iungit sensui cōmuni. Et hoc est quod sup̄ di
 cit Ar̄. cū loq̄bat de motu sensus r̄ intellectus
 q̄ delectari et tristari est agere sensitua medietate
 sed medietas sensitua est sensus cōis. Sed
 appetitus irascibilis cōiungitur virtuti cogita
 tiue. r̄ ḡ ē i eodē organo in q̄ ē virt⁹ cogitativa
 qz requirit alti⁹ organū cū sit alioꝝ appetitus.

Zercius

Arguitur Multa concupiscim⁹ que non pnt cognosci p sensum communc. ergo appetitus concupiscibilis coniungit virtuti cogitativæ. Ddm q duplr aliq poña coniungit alteri. Uno mō essentialiter. et sic appetitus concupiscibilis coniungit sensum communi. Alia mō virtualiter. et sic appetitus concupiscibilis est etiā in virtute cogitativa. Qu^o ratio ē quia quicqd pnt pñā inferior h etiā pnt supior et amplius cū ergo sensus communis q est sensus inferior cognoscat delectabilia multo magis virtus cogitativa potest illa delectabilia cognoscere. ergo etiā sibi coniungit inclination ad delectabilia. Et ista concordant cū dictis beati Augustini q dicit q virt⁹ sensitiva ē sicut serpens e⁹ caput ē virt⁹ irascibil⁹. et cauda virt⁹ concupiscibil⁹ sic. q serpens est aliquod vñū ita etiā appetitus concupiscibilis et irascibil⁹ videt⁹ pertinere ad vñā poñā scz ad virtutē cogitativā.

Arguit Est tm vna poña p⁹trarioz. ergo nō o3 ponere vñā potentia p⁹venienti et alia pro discōnvenienti. Ddm q est vna poña p⁹veniens et discōnveniens. scz concupiscibilis qz ipa poña fm aliquas passiones ē p⁹veniens scz fm amorem desiderii et delectationē. sed fm alias ē discōnvenientis scz fm odiū fugā et tristitiā. et iō nō ponit virtus irascibilis p poña discōnvenientis sed p resistentia discōnvenientis qz impugnat discōnvenientis.

Arguitur Appetitus sentiu⁹ est solū p⁹venientiū. ergo non est appetit⁹ irascibilis respectu discōnvenientis. Ddm q aliqū appetitū eē cōnvenientis p⁹ duplr intelligi. Uno formaliter et sic est falsum qz etiā est appetit⁹ discōnvenientis. Alio finaliter et sic est verū. qz sicut dictū est passiones irascibilis terminant ad concupiscētiā. vt pz exemplari⁹ qz canis impugnat aliqd impediens psecutionē nutrimenti vt delectet in tali nutrimento.

Querit Utrū ista dñā sit in intellectu scz q sit aliqū appetit⁹ intellectiu⁹ concupiscibilis et aliquis irascibilis. Ddm q nō. et rō est qz si sit aliq poña respiciens aliqd obiectū fm communē rōnem tunc tal poña nō diversificat fm spēales rōnes contentas sub tali obiecto. sicut visus q respicit colozē in cōmuni nō diversificatur p albū et nigrū. sed obiectū appetitus intellectiu⁹ ē bonū in cōmuni. ergo diverse rōnes cōtente sub tali bono nō diversificant illā poñā sed qz sensus respicit bonū p⁹ticulare et nō bonū inqntū bonū ergo diverse rōnes bonoz pnt diversificare illā poñā. qz bonū p⁹ticulare cōnveniens respicit appetitū concupiscibile et bonum p⁹ticulare arduū respicit appetitū irascibilem.

Arguitur Intelligibiliū sunt concupiscētia et odiū. ergo etiā ista diuisio h3 locū in intellectu sicut in sensu. Ddm q iste passioēs amor odiū et concupiscētia et hmoi pnt duplr capi. Uno p⁹pprie fm q sūt cū qdam transmutatōe corpali et sic spectant ad appetitū sensitivū. et ideo p⁹pprie dicunt⁹ passiones qz tunc subiectuz p eas aliqd patit. Alio accipiunt⁹ fm q nominant simplices actus voluntatis. et sic etiā pnt repiri in intellectu. qz sic inveniunt⁹ in substantiis separatis. est em̄ ibi amor boni. i. inclinatio in bonū. et odiū mali. i. naturalis fuga mali p appetitū intellectiuū. Et iō p⁹ voluntas dicit⁹ irascibilis et concupiscibilis p similitudinē. Dicit⁹ ei irascibil⁹ fm q fugit malū. et h⁹ ex iudicio rōis. Et dicit⁹ concupiscibilis fm q desiderat bonū. et h⁹ iterū ex iudicio rōis.

Specie quidē igit.

Quia Aresto. iam dixit q ad motū locale mul ta cōcurrūt. ideo consequenter ont ordinē eoz q in motu repiunt. Et circa hoc tria facit. Primo ont quō illa sunt vñū q in motu locali cōcurrūt. Secdo quō ordinant⁹ adinice i mouēdo. Tertio ponit ea que ad motū executivæ requirunt. Et vult qz tū ad primū q in oī motu locali ē vñū mouēs localit⁹ qd. scz vñū fm spēm. qd intelligit nō de spē nate scz d spē appetibil⁹. Est ei aliqd p⁹mo mouēs qd mouet appetitū et intellectū p⁹cti cū sicut appetibile. Et p hoc soluit argumentū qū arguit q sunt multa appetibilia fm species que mouent fm locū vel localiter. Ddm q spēs nō est hic accipienda p specie nature. quia appetibilia que mouēt localiter hnt diversas naturas. sed sūt vñū mouēs in specie appetibilis qz. scz oīa talia mouent appetitū in q cōsistit spēs appetibilis.

Quoniam aut tria.

Hic ponit ordinē eoz que requirunt in motu. Et vult q tria requirunt in motu scz mouēs organū quo mouēs mouet et illud qd mouet. sed mouēs subdividit⁹ qz qddā est mouēs immobile. et aliqd est mouēs qd mouet. oīa ergo ista sunt inveniēda in motu aialis. qz appetibile est mouēs imobile. et mouēs mobile est ipse appetitus qui mouet ab appetibili. mediuz q mor⁹ sic est poña localiter motiva et motū ē al. Quid ar sit organū q aliqd mouet cōsiderādū est in libro de motu aialiū.

Querit Utrū sit similitudo in motu animali un⁹ et in motu vniuersi. Ddm q sic. quia in vniuerso aliquod est mouēs imobile sic deus.

et aliqd est mouens motum qd scz mouet a deo et vltro mouet alia sicut sube separet speculati ue. alia sunt que mouent et mouent executive sicut aia nobilis cum celo. et ista inferiora sunt solu mota. Sicut e in motu aialiu qz appetibili mo et no mouet. appetit mouet et ponam localiter motiua et mouet ab appetibili. ponam aut localiter motiua mouet executive cor. et cor mouet alia mebra q mouent et no mouent Est tu in istis dra qz appetibile mouet appetitum solu finaliter sed deus mouet intelligetia fina liter et efficienter.

Hunc autē in sūma

Postqz Aresto determinauit de ponā localiter motiua impatiua. hic p̄r determinat de p̄ncipio motus localis executiuo. Et vult qz p̄ncipiū motus localis executiuū est quedā ponā que est in corde fm qz sibi p̄iungunt alia mebra. Et hoc pot sic p̄bar. qz illud est p̄ncipiū executiuū motus qd est p̄ncipiū et finis motus. sed cor est p̄ncipiū et finis cuiuslibet motus in aiali. qz ponā localiter motiua est in corde. Minor p̄z qz cor hz duplicē motū scz gibbosū. i. cōnerum et cōcauū et ideo hz motū sicut glingūm. i. circularē. et fm vnū motū scz p̄cauū ē finis. et fm aliū motū ē p̄ncipiū. Un̄ qdāmodo cor mouet circularit. hz silitudinē motus circularis. sic qz illud qd circulariter mouet fm totū quiescit et fm p̄tes mouet ita etiā est de motu cordis.

Arguit Ponā localr motiua p̄sistit i neruis adinuicē p̄iungentibz organa que sunt p̄ncipia motus localis. Exempla grā in crumbz sūt nerui quidā qz adinuicē p̄iungunt organa motus localis. Ddm qz cor accipit duplr. Uno fm se et sic i corde nō ē ponā motiua localr. Alio capite cor fm qz sibi p̄iungunt alia mebra. qz recipiunt naturaliter influxū a corde. et sic cor ē subiectū ponē motiue localiter. Et sic dicit Aresto. in libro de aialibz qz aia est in corde qd nō ē fm de aia qliter etiāqz accepta sz de aia motiua. Ita ergo potētia localiter motiua est realiter disticta ab alijs potentijs p̄us dictis qz est vis qdā motiua que est in corde fm qz et alia mebra coniungunt

Querit Quid sit p̄ncipiū motus localis in aialibz Ddm qz aliud ē q̄rere de p̄ncipio motus localis et de ponā localiter motiua. Un̄ si querat de p̄ncipio. Ddm est qz duplex est p̄ncipiū motus localis. scilicet immobile et mobile Immobile est appetibile. qz hoc mouet appetitū ex e motu sequit motus aialis. P̄ncipiū mobile est duplex scz impatiū et est appetitus et fan

tasia. vel est appetitus et intellectus sicut p̄us dictū est. Sed executiuū est ponā qz est in corde et in alijs membris sibi diuinctis. Si autē q̄rat de ponā localiter motiua tūc excludit appetibile. qz quis appetibile sit p̄ncipiū motus localis tū nō est ponā motiua localiter. ergo ē tunc ddm qz duplex est ponā motiua. Quedā est impatiua et est appetitus cū fantasia. vel appetitus cū intellectu. Alia est executiua que est p̄ncipaliter in corde fm qz alia mebra sibi p̄iunguntur. Et p hoc soluit q̄stio scz an ponā localiter motiua sit vna distincta ponā. Ddm qz sic et h loq̄do de ponā executiua et nō impatiua.

Om̄ino quidem.

